

Bibliothèque numérique

medic@

**Scribonius Largus Joannes Ruellius  
(éd.). Scribonii Largi de  
Compositionibus medicamentorum  
Liber unus, antehac nusquam  
excusus : Joanne Ruellio, doctore  
medico castigatore.**

*Paris : Simon Silvius, 1528.*

Cote : 472



**(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)**  
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00472x02>


**SCRIBONII LARGI**  
**DE COMPOSITIONIBVS ME-**  
**DICAMENTORVM LIBER VNVS,**  
 antehac nusquam excusus:  
 IOANNE RVELLIO,  
*doctore medico  
 castigatore.*

CANDIDO LECTORI.

Nihil sancte in literatorum uotis equè fuit, atque rediuiuas  
 prisorum imagines omneis, easq; quamlibet edacis temporis  
 iniuria delitas, posteritatis memoriae tradere. In qua re, cū mirè  
 sudatū sit, hactenus tamē, post alios huius calculi multos, S C R I= =  
 BONIVS LARGVS (indignum) sepultus delituit. Eccū  
 tamen, Ruellij uiri diligentiss. opera, laboreq; reducem, ceu postili  
 minio, habemus. Noluit enim homo sanctus hac nos diutius an= =  
 tiquitate ueneranda fraudari: scilicet qui hunc ipsum inter me= =  
 dicos eo albo habitum sciebat, quem Galenus non commendarit  
 modo, sed regi nocte rōtonde pluribus locis sequeretur. Iam  
 quibus temporibus floruerit, ipse sibi testis est fideliss. qui etiam  
 recepisse se ab Tyberij Cesaris legato medicamentum, hoc libro  
 fateatur.

Interim, optime lector, latino medico fruere, atque beneficij  
 istud acceptum Ruellio feres. Numirum qui ipse addendum eū cu= =  
 rarit, plurimiq; in locis multa reposuerit, que etatis superioris  
 inayia deprauata, contabuerant. Nonnulla etiā ex Galeno, quod  
 ex nouis deprehendas liget, reddidit.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



GRIBONI LARGI

JOANNINA LAVATTELLA  
Sopraffice unindividuata  
DICEVAI BIMBOGLI M' ESSERE  
S. G. C. N. O. C. I. T. O.

CANADA'S ENERGY

designed to be used in conjunction with the standard 1000  
frequency scale calibration point. Since temperature metrology  
is often, if not always, a primary concern in these facilities, which are often  
located in buildings with varying ambient temperatures, it is important  
to have a means of calibrating the frequency scale at different  
temperatures. This is done by using a reference oscillator whose  
frequency is known to be stable over a wide range of temperatures.  
The reference oscillator is usually a quartz crystal oscillator or a  
cavitated diode oscillator. The frequency of the reference oscillator  
is measured at two different temperatures, and the difference in  
frequency is used to calculate the change in frequency of the  
standard oscillator. This method of calibration is called  
temperature compensation.

СУМІСЛИВІСТЬ КАКІС

## SIMON SILVIUS TYPOGRAPHVS

Ioanni Ruellio, doctori medico S.



Vām pestilens fuerit barbarie contagio, Ruelli doctissime, quamq; late gra-  
fata sit in omne scriptorum genus, uel hoc unum documento est, quod quum  
docti omnes pro se quisque certatim sc̄nūm nauerint operam, ut bona  
studia res florescent, et elegantes autores ceu postliminio reuocarētur.  
tamē nōdū id asequutus est orbis, ut hac parte nihil amplius desideremus: tā  
multi adhuc aut hominū inficitia dicam, an potius negligētias in tenebris et  
puluere alicubi iacēt egregij scriptores: aut inuidentia, ne sc̄o qua, in bibli-  
othecis asseruātur: tantū ut illic sint, nec cuiq; sui prebeat usum. Quo-  
rum ut illud ueluti fatale, ita hoc indignum et miserabile mihi uidetur. Quod si omnes candido, quem-  
dam tu, essent animo, Ruelli optime, et propensa in studiosos benevolentia, ne preclarius longe  
eum rebus mortalium ageretur. Haberemus enim et in omni artium genere teriores ac meliores lib-  
eros, idq; in magna copia: et iam bona pars eorum, quae non extare creduntur prodijset in apertum.  
Nam quā tibi sit bibliotheca instructissima, et omne genus libros habeas exquisitissimos, rarissimosq;  
quosdam etiam nusquam impresos, omnes autem emēdatissimos, et scholijs, et doctis annotationibus  
ab te uno ē cultioris literaturae proceribus passim illustratos: nihil tanen horum proprietibi habes, sed  
omnibus doctis, omnibus studiosis, quin postulas uulgarī in omnium cōmoda, si quid hoc genere penes  
te est, quod frugē afferre queat. Cornelius Celsus, et latinissimus et antiquissimus autor, Deus bone,  
ut deformatus mendis, et depravatus, et multis in locis manus erat. Hūc tua diligentia opera castiga-  
tissimum mihi tradidisti, formis excudendum. Scribonius item Largus hattenus delituerat, torseratq;  
ingenti desiderio sui medicina studiosos: nempe uel Galeni albo calculo magnus autor, siquidem hic illū  
deprehēditur sectatus: bunc tu quoque, quasi in lucē reuocatū addidisti, quō pariter inuulgaretur, pu-  
bicareturq;. Nec committere uoluisti, homo natus ad cōmūnē omnīū utilitatē, ut tanto bono amplius ca-  
reat mortales. Nun istud est seipsum ōnibus impēdere, et C H R I S T V M propius imitari? O hominē  
lōgissima uita dignum, quum tam absolutē, tamq; exactē eruditus sis, ut nihil sit præterea requirendū:  
quidū aliud etiā iure tuo profiteri poteras: (in quibus enim artibus et disciplinis, tā Gracis q; Latinis  
nō omnino excellis?) ceterū id tibi potissimum diligere placuit, quod pluribus et maiori esset usui. at-  
que in eo ita promouisti, ut nulli ē primo loco inter medicos cedas. Itaque citra intermissionem feliciter  
consulis saluti hominum: et miseros ab obrepētibus morbis, aut serpentibus mirē uindicas. Hoc magnū  
est, sed illud maius duco, quod occupatissimus homo id in literis præstas, quod a grē queunt etiam do-  
ctissimi illi, quibus abunde est ocij. Etenim præstantissimos autores, et optimos libros tot uitijs quasi  
morbis quibusdam (quando in tota rerum uniuersitate nihil prorsus est, quod malis non sit obnoxii)  
male affectos, imo et magna ex parte lacros mutilatosq; (quid enim non uel suis telis confudit barba-  
ries, uel obliterat temporum iniuria?) restituis ipso sibi, id est, pristino nitor, pristine integritati, atque  
holunitati planē reddis: ne nulla ex pte nō sis uerē et egregiē medicus. Vanus sim, nisi Scribonius ipse  
huius fidē facit: cuius codicis quā index pleraque cōtineret, que in ipso opere prorsum desiderabātur,  
et magni interim uiri id putarent malum non posse ad integratatem conuerti, unus tu ea sic restituisti,  
ut nihil reliqui factum sit, cui industria humana mederi posset. Quo nomine, quā tibi omnes deuictiores  
in dies reddatur, neminem tamen tibi plus q; me debere existimo. Non enim sat habebas, hominum bene-  
ficiissime, me benevolentia haud quaquam uulgaria prosequi, et semper, uel consilio, uel re adiutare:  
seu quod morum, et eorum que sunt in animis similitudo quēdā te ad id impelleret: seu quod in Athe-  
neo eodem uerque uersti, nempe Presleō, ex eodem curriculo, ornamenti illis insigniti, ad celebri-  
mos artū honores euecti sunus. Id, inquā, tibi non sat erat, nisi et me ceteris non indiligentibus cal-  
cographis prælūses: cui cōmitteres rem quo quis precio estimandam. Iure igitur autores tuos nostris  
characteribus excusos nomini tuo dico, ac nūcupo. Agens interī gratias pro tuo in me et omnes bonos  
templo affectu: et obsecrans ut pergas similibus in orbem beneficijs C H R I S T O domino, et D E O  
N O S T R O gratum facere. Vale. Ex officina nostra, pridie Calendas Octobreis. M. D. XXVIII.

\* ij

2019-09-27 14:12:27 2019-09-27 14:12:27

## 2. *Onibus reais, ônibus populares*

三

## SCRIBONIVS LARGVS

Caio Iulio Callisto suo S.



Nter maximos quōdam habitus medicos Herophilus, Caī Iuli Calliste, fertur dixisse, medicamenta diuinum munus esse. Et id quidem non sine ratione, vt mea fert opinio. Prorsus enim quod tactus diuin⁹ efficere potest, id præstant medicamenta, vſu , experientia⁹ q; probata.

Animaduertimus itaque s̄æpe inter deliberationes, contentionēsque medicorum autoritate præcellentium, dū quaereretur quidnam faciendum, aut qua ratione succurrentum esset ægro, quosdam huius miles quidem, & alioquin ignotos, vſu verò peritiores, & (quod fateri pudet) longè summotos à disciplina medicinæ , ac ne adfines quidē eius professionis, medicamēto efficaci dato, protinus velut præsentī numine, omni dolore, periculo⁹ que liberasse ægrum . Quamobrem spernendi sunt qui medicinam spoliare tentant vſu medicamentorum : non à medendo, sed à potentia, effectu⁹ que medicamentorum ita adpellatam. Probandi autē qui omni modo succurrere periclitantibus student. Ego certè aliquoties magnum scientiæ consecutus sum titulum ex vſu prosperè datorum medicamentorum, multos⁹ que ex eadem cauſa non mediocrem gloriam tulisse memini. Est enim hēc pars medicinæ vt maximè necessaria, ita certè antiquissima; & ob hoc prīmū celebrata, atque illustrata. Si quidem verum est, antiquos herbis ac radicibus earum, corporis vītia curasse: quia etiam tunc genus mortaliū inter initia non facile se ferro committebat . Quod etiā nunc pleriq; faciunt, ne dicam omnes , & nisi magna compulsi necessitate, spēq; ipsius salutis nō patiūtur sibi fieri, quæ sanè vix sunt toleranda . Cur ergo aliqui excludant medicinam & vſum medicamentorum non inueniō: nisi vt detegat imprudētiā suām. Siue enim nullum experimentum eius generis remediorū habent, meritò accusandi sunt , quod tam negligētes in tam necessaria parte fuerit: siue experti quidem sunt eorum vtilitatem, denegant autem vſum, magis culpandi sunt, qui crīmīne iniūdiciæ flagrāt: quod malum , quum omnibus animantibus inuisum esse debet, tum præcipiè medicis, i quibus, nisi plenus misericordiæ & humanitatis anim⁹ est, secundum ipsius professionis voluntatem, omnibus dijs & hominibus inuisiſſe debent. Idcirco ne hostibus quidem malum medicamentū dabít, qui sacramēto medicinæ legitimè est obligatus: sed persequetur eos, quum res postulauerit, vt miles & ciuīs bonus omnimodo. Quia medicina non fortuna, neque personis homines æstimat: verū æqualiter omnibus impotentibus auxilia sua, succursurā se pollicetur, nullique vñquam nocitaram profitetur. Hippocrates, conditor nostræ professionis , initia disciplinæ ab iure iurando tradidit , in quo sanctum est , ne prægnanti quidem medica-

\* iiij mentum

mentum, quo conceptum executitur, aut detur, aut demonstratur à quoquā medico, longè præformans animos discentium ad humanitatem. Qui enī nephas existimauerit spem dubiam hominis ledere, quātò sclestius perstetē iam nato nocere iudicabit? Magni ergo estimauit nomen decusq; medicinæ conseruare, pio sancto que animo quemque, secundum ipsius positum se gerentem. Scientia enī sanandi, non nocēdi, est medicina. Quia nisi omni parte sua plenē incumbat in auxilia laborantiū, non præstat quā pollicet hominib⁹ misericordiā. Desinat ergo qui prodesse adflictis aut nō luit aut nō possūt, aliosq; deterrēt, negādo ægris auxilia, que per vi medicamentorum frequenter exhibētur. Etenim quasi per gradus quosdam medicina laborantibus succurrit. Nam primum cibis, ratione, aptoq; tempore datis tentat prodesse languentibus. Deinde, si ad hos non responderit cūratio, ad medicamētorum decurrit vim. Potentiora enim hæc & efficacia, quam cibi, Post vbi ne ad hæc quidē cedunt difficultates aduersæ valitudinis, tunc coacta ad sectionē, vel vltimā ad vſtione deuenit. At Asclepiades maximus autor medicinæ, negauit ægris danda medicamenta. Quidam enim hoc mendacio, etiam pro argumento vtuntur. Poteram tamē (si verum id esset) dicere: Viderit Asclepiades quid senserit: forsitan omnino in hanc partem animum intendit. Homo fuit, parum feliciter seu hoc negocio gessit. Non deterreor persona, quum rē tam manifestè prodesse videam. Nunc verò quum tam impudēter comminiscantur de eo, quid possum vltrā dicere? nisi genere quodam parricidiū ac sacrilegium eos committere qui hæc dicunt? Ille enim febricitantibus, vicijs que præcipitibus correptis, quæ ὅπλη τάσθαι Græci dicunt, negauit medicamenta danda: quia cibis vinoq; aptè interdum dato remediarī tutius eos existimauit. Ceterū in libro qui Πρᾶξις τεκτονῶν, id est, præparationū inscribitur, contendit vltimā fortis esse medicum, qui non ad singula quæque vitiā binas ternas ve compositiones, & expertas protinus paratas habeat. Vides ergo quam non placet Asclepiadi vſus medicamentorum? cui nisi plura quis ad quodq; genitus vitijs medicamenta composita habeat, non videtur dignus professione medicinæ. Sed ista licentia nomine tantummodo medicorum, propter quorundam negligentia latius processit. Rarò enī aliquis prius quam se suosq; tradat medico, diligenter de eo iudicat: quum interim nemo, ne imaginem quidem suam committat pingendam, nisi probato prius artifice per quædam experimēta, atque ita electo: habet itaq; omnes pondera atque mēsuras exactas, ne quid erroris in rebus non necessarijs accidat. Videlicet quia sunt quidam qui pluris omnia quam seipso estimant. Itaque sublata est studēdi cuiq; necessitas, & non solum antiquos autores, per quos consummatur professio, quidam ignorant: sed etiam comminisci falsa de his audent. Vbi enim delectus non est personarum, sed eodem numero malus bonusq; habetur,

betuit, quod sine labore potest contingere, idemque dignitatis utilitatisque  
 praestare videtur posse, vniusquisque id magis sequitur. Sic, ut quisque vo-  
 let, faciet medicinam. Quosdam enim à peruerso proposito nemo potest mo-  
 uere, & sanè omnib⁹ permisit liberum arbitrium magnitudo professionis.  
 Multos itaque animaduertimus, vnius partis sanandi sciētia, medici plenū  
 nomen consecutos: nos verò ab initio rectam viam secuti nihil prius totius  
 artis perceptione, quę homini permittitur, iudicauimus: quia ex hac omnia  
 commoda nos cōsecuturos existimabamus: nō mediussidius tam ducti pe-  
 cuniae aut gloriæ cupiditate, quām ipsius artis scientia. Magnum enim &  
 supra hominis naturam duximus, posse aliquem tueri, & recuperare suam,  
 & vniuersitatisque bonam valetudinem. Itaque ut cæteris partibus discipli-  
 nae, ita huic quoque quae per medicamenta virtutem suam exhibet, curiose  
 institim⁹: eò magis quod percipiebamus in dies ex usu profectus eius, quos  
 interdum supra fidem atq; opinionem plurimorum exhibebam⁹. Sed quid  
 ultra opus est probare, necessarium usum esse medicamentorum? pricipue  
 tibi, qui quia percepisti utilitatem eorum, idcirco à me cōpositiones quasdam  
 petiſti: ego autem memor humanitatis tuæ, candorisque animi tui, quem  
 omnibus quidem hominibus plenè, mihi autē etiam peculiariter praestas,  
 non solum quas desiderasti, verum etiam si quas alias expertas in præsenti  
 habui, in hunc librum contuli. Cupio enim mediussidius qua possum, tuæ  
 in me tam perseveranti benivolentię respondere: adiutus omni tempore à  
 te, pricipue verò his diebus. Ut primum enim potuisti nō es passus cessa-  
 re tuæ erga me pietatis officium, tradendo scripta mea latina medicinalia  
 Deo nostro Cesarī: quorum potestastem tibi feceram, ut ipse prior legeres,  
 simpliciterq; indicares mihi quid sentires: plurimum enim iudicio tuo tri-  
 buo. Tu porrò cädidissimo animo & erga me benevolentissimo, diligentia  
 meam sub tanti nominis editione, non verbis, sed re probasti: periculumq;  
 non minus tui iudicij, quām ego stili, propter me adisti, quo tempore diui-  
 nis manibus laudandoconfecasti. Fateor itaq; libenter, vnicas me tibi gra-  
 tiasagere, quod & prius quām rogareris, consummasti amicissimo adfe-  
 ctu vota mea, quod contigit mihi fauore plenissimo tuo, maturiorem per-  
 cipere studij huius mei fructum ac voluptatem. Ignoscet autem si paucæ  
 viæ tibi fuerint compositiones, & nō ad omnia vitia scriptæ. Sumus enim  
 (vt scis) peregre: nec sequitur nos nisi necessarius admodum numerus libel-  
 lorū. Postea tamen, si & tibi videbitur, ad singula quæque vitia plures cō-  
 positiones colligemus. Oportet enim copiam quoq; earum selectā habere.  
 Quoniam reuera quædam quibusdam magis, & non omnes omnibus con-  
 ueniunt: propter differentiam scilicet corporum. Quarum initium à capi-  
 te faciemus: summum enim & primum locum hoc obtinet: dantes operam  
 ut simplicia primò ponamus. Interdum enim hæc efficaciora sunt, quām

X iiiij

ex

**ex pluribus composita medicamenta.** Erat autem nota denarij vnius pro græ-  
ca drachma: æquè enim in libra. **X.** denarij octoginta quatuor  
omnes apud nos, quot drachmæ apud Græcos incurunt.

**Primum ergo ad quæ virtutia compositiones**  
**exquisite & aptæ sint, subiecimus,**  
**& numeris notaūmus, quod**  
**facilius quod que-**  
**restitui possit, subiungimus.**  
Et minime fuisse. **M.** satis.

**Deinde me-**  
**dicamentorum,**  
**quibus compositiones**  
**cōstant, nomina**  
**& pondera**  
**vitijs**  
**subiunximus.**

## INDEX COMPOSITIONVM LARGI

- A**D capit̄is dolorem primis d̄iebus, etiam in febre. j.  
 Item ad eundem aliud. iiij.  
**A**d capit̄is dolorem plur̄um dierum. iiiij.  
**A**d capit̄is dolorem omnem. iiij.  
**A**d capit̄is dolorem, cum inueterauerit. v.  
**P**urgatio capit̄is per nares. viij.  
**A**lia purgatio per nares. vij.  
**A**lia purgatio. viii.  
**P**urgatio capit̄is per os. ix.  
**S**tēnūtorium ad diuturnum capit̄is dolorem. x.  
**A**d capit̄is om̄ne dolorē, & quis veterē, que res imperpetuū sanat. xi.  
**C**Ad comitialem morbum simplicia. iiij. compositum vnum. xiij.  
**A**d eundem aliud. xiiij.  
**A**d eundem aliud. xiiij.  
**A**d eundem aliud. xv.  
**A**d eundem aliud. xvi.  
**A**d eundem aliud. xvij.  
**A**d eundem aliud. xvij.
- Item collyria leuia.
- C**Ad conturbationes & epiphoras oculorū simplex res, quæ om̄ni colly/  
nomelius facit. xix.
- A**de eisdem collyriū ex plantaginis succo mirificum. xx.
- A**de eisdem aliud. xxj.
- A**de eisdem Diaglaucium nouē factum. xxij.
- A**d plur̄um dierum xxiiij. cum glutinosa lachryma fluīt.
- Aliud collyriū ad tenuē lachrymā, & ad pustulas, & vlcera pura. xxiiij.
- Collyrium ad sordida vlcera & crustas, quas ἡχέας Græci vocant. Item ad carbunculos, pustulas, aspritudinem palpebrarum recentium. xxv.
- Collyrium leue quod facit ad tenuem & acrem lachrymam, pustulas, & ad vltiones, & vlcera. Item ad solutas cicatrices: quod quidam Athenippon, quidam Diasmyrnes, alijs ἐνωδες vocant. xxvj.
- Aliud ad idem xxvi.
- C**ollyria acria, & ἡχέα ad cicatrices extenuandas, & palpebrarū aspri-  
tudinem. xxvij.
- Alio modo ad idem. xxix.
- Ad palpebras perungendas. xxx.
- Aliud quo Augustus usus est collyrium xxxj.
- Ad caliginem & aspritudinem oculorum, siccām' q; perturbationem, quā  
ἡχέας Græci vocant. xxxij.
- Aliud ad caliginem & aspritudinem. xxxij.
- Aliud

## INDEX COMPOSITIONVM

- Aliud ad idem, quod magis mulieribus conuenit. xxxiiij.  
 Ad cicatrices extenuandas veteres, & caliginem, & aspritudinem acrem,  
 quod semel inunctum plurium dierum effectum exhibet. xxxv.  
 Collyrium quod propriè ad aspritudinem, & callositatem palpebrarum  
 facit. xxxvi.  
 Líquidum medicamentum ad veterinam aspritudinem palpebrarum, &  
 callos durissimos. xxxvii.  
 Aliud líquidum medicamentum ad suffusiones. xxxviii.  
 ¶ Ad auriculæ dolorē, & tumorem simplicia beneficentia sex. xxxix.  
 Ad idem compositum ex duabus rebus mirificum. xl.  
 Ad tumorem & exulcerationem aurium. xli.  
 Aliud ad carnem in foramine auris excrescentem. xlii.  
 ¶ Ad parotidas simplex. xliii.  
 Compositio ad idem. xliii.  
 Alia compositio ad easdem antequam suppaurerint. xl.  
 ¶ Ad sanguinis eruptionem de naribus remedia. xlvi.  
 Medicamentum compositum ad idem. Si præfocabuntur obturatis narib.  
 bus, qua ratione efficiatur vt adspirent, & nihilominus nares spissatas  
 habeant. xlviij.  
 ¶ Ad vícera in naribus compositiones due. xlviii.  
 Ad idem. xlix.  
 ¶ Ad grauem odorem earum, quem ὅρεναι Græci dicunt. l.  
 Ad polypos. li.  
 Ad grauedinem. li.  
 ¶ Ad dentium dolorem, quibus colluendi sunt. li.  
 Quibus suffiri oportet. liii.  
 Quæ eum manducare oportet. lv.  
 Quæ imponere extræ. lvij.  
 Qui mouentur dentes, vt confirmantur. lvij.  
 Ad eosdem aliud remedium. lvij.  
 ¶ Dentifricij compotio. lx.  
 Dentifricium Octaviae Augustæ. Aliud Messalinae.  
 ¶ Ad fluorem gingivarū, quas prægnantes quidam vocant, & fluorē san-  
 guinis. lxij.  
 ¶ Ad cancrum in ore simplicia duo, compositum unum. lxij.  
 Ad idem. lxiii.  
 ¶ Ad faucium & yuæ tumorem. lxiii.  
 Ad idem. lxv.  
 ¶ Ad supputationem faucium suspectam etiam factam. lxvij.  
 ¶ Ad anginam. lxvij.  
 Ad

BullA

## SCRIBONII LARGI

Ad idem compositum ex pluribus.	Ixvij.
Item ad idem compositum ex pluribus.	Ixix.
Item ad idem compositum ex pluribus.	Lxx.
¶ Ad vuam diu iacentem.	Ixxij.
¶ Ad arteriam diu exasperatam.	Ixxij.
¶ Ad tumorem arteriae & tu ssim.	Ixxij.
Ad fluorem & rauicitatem arteriae.	Ixxiiii.
Arteriae qua melior non est, facit ad omne vitium arteriae, euiratam' que restituuit vocem.	Ixxxv.
¶ Ad susprium simplicia quatuor.	Ixxxvj.
Ad idem compositum ex pluribus.	Ixxxviij.
Ad idem compositum ex pluribus.	Ixxxviiij.
Item ad idem compositum ex pluribus.	Ixxxix.
¶ Ad strumas, simplicia duo.	Ixxx.
Ad idem compositum ex pluribus, & ad mammarum duritiem.	Ixxxij.
Item ad idem compositum ex pluribus, & ad omnem duritiem.	Ixxxij.
¶ Ad sanguinis eruptione ex arteria, vel de pectore, vel de pulmone, simplicia quinq;. Imponenda extrà quae sunt, & quae evitanda.	Ixxxvij.
Pastilli duo ad idem.	Ixxxvij.
Pastillus ad idem.	Ixxxx.
Pastillus ad idem.	Ixxxvj.
¶ Catapotiu ad tussim aridam, & veterem.	Ixxxvij.
Catapotium ad tussim cum fluore.	Ixxxviiij.
Catapotium ad tussim veterem.	Ixxxix.
Pastillus ad destillationem pectoris, & quicquid suppressendum est, praep <small>re</small> ad phthisicos: initio somnū facit, dolorem omnis partis sedat.	xc.
Pastillus ad idem remissior Valentis præceptoris mei.	xcj.
Pastillus ad stomachi solutionem. Idem ad deiectionem, & vesicæ dolore adjuuat, & oculorum epiphoras.	xcij.
Pastillus ex odoribus, facit ad omnem dolorem, ppriè aut ad tussim.	xcij.
Medicamentum quod cochleario sumitur ad tussim aridam, & lateris dolore cum febre.	xciiij.
Alterum medicamentum ad tussim aridam, & horrores qui solent præcedere febres.	xcv.
Aliud medicamentum ad tussim aridam.	xcvj.
¶ Ad lateris dolore, siue cum febre, siue sine febre, Pacchij Antiochi mirifica compositio,	xcvij.
Eadē ad morbo cōitiali correptos, quos ἀληθικῶς dicūt, & furiosos.	xcviii.
Eadem ad scotomaticos, & cephalalgicos.	xcix.
Ad suspriosos, & vocis abscisionem.	c.
	Ad

## INDEX COMPOSITIONVM

Ad musculos maxillares, & facies prauas.	cij.
Ad duritiem mammarum muliebrium.	cij.
Ad stomachicos quod euidenter conuenit.	cij.
Ad eos quibus frequenter inaccessit cibus, & inflationibus urgentur, & melancholicos.	ciiij.
Ad stomachi vitium, quod cum siti ardescit.	cv.
Ad intestina & colum, & vomicas, & menstrua mulierum.	cvi.
Ad idem & cornitalem morbum, & furiosos, & podagrum.	cviij.
¶ Ad stomachi solutionem, & fluorem.	cviij.
¶ Ad stomachi dolorem & inflationem.	cix.
Aliud ad idem.	cx.
¶ Pastillus ad coeliacos & torminosos.	cxi.
Alter melior ad eosdem.	cxiij.
¶ Alter ad torminosos efficacior.	cxiij.
Pastillus qui per anum mittitur, cum intestina cancer occupat.	cxiij.
Potio, que, cu[m] hoc medicamentu[m] subtus immissum est, propriè conuenit.	cxv.
Ad θλεων, quod est inflatio intestinorum perniciofa.	cxvij.
Ad idem vitium alterum medicamentum.	cxvij.
Ad idem quod per anum mittitur.	cxviii.
¶ Ad coli inflationē, & dolorem vetustum.	cxix.
Cassij medici colica bona.	cxx.
Iulij Bassi medici colice melior. Eadem ad vitia muliebria facit.	cxxj.
Ad colum, quod & in præsentia tollit dolorē, & in futurū remediat.	cxxij.
¶ Ad tumorem iocineris, & ad duritiem.	cxxij.
Ad duritiē iocineris veterem.	cxxij.
Ad tumorem & dolorem iocineris, & lienis, & renū, & vesicæ, & qui propter hæc malī coloris sunt. Idemque prodest ad aquæ mutationes.	cxxv.
Ad tumorem & duritiem iocineris veterem. Idem ad lienosos, & hydropicos, & arquatos, & quibus vrina mouenda.	cxxvij.
¶ Ad auriginē, quod vitium quidā Arquatū, quidā Regiū vocat.	cxxvij.
¶ Ad lienosos medicamentum.	cxxvij.
Aliud ad lienosos medicamentum.	cxxix.
Lienem quod sanat extrā positum.	cxxx.
Aliud extrā impositum,	cxxx.
Ad flatus lienosos.	cxxxij.
¶ Ad hydropicos cum iam distenti sunt aquæ multitudine.	cxxxij.
Alterum medicamentum eiusdem generis efficacius.	cxxxij.
¶ Aluum mollientia.	cxxxv.
Ad idem.	cxxxvi.
Ad idem.	cxxxvi.
BA.	Altera

## SCRIBONII LARGI

¶ Altera purgatio per globulos, qui deuorati integrí deiſciuntur.	cxxxviiij.
¶ Alijs purgatio eiusdem generis.	cxxxix.
¶ Ad tineas necandas & lumbricos.	cxl.
Ad lumbricos.	cxlj.
¶ Ad <del>tertio</del> vītūm, vītūm est extremitati intestini, irritatio cū defunctione.	cxlj.
¶ Ad renūm tumorē, & ulcerationem.	cxljj.
Ad renūm dolorem potio: ac renūm, iocineris, lienisque tumorem, atque malum colorem, & aquae mutationes.	cxljj.
Ad lapidem in renib⁹ innatum, & vrinam suppressam.	cxlv.
Ad tumorem & exulcerationem vesicæ.	cxlvj.
Addolorem vesicæ, & difficilem exitum vrinæ, quod vītūm Græci dūs p̄p̄ dicunt.	cxlviij.
Ad vesicam exulceratam.	cxlviij.
Ad sanguinem per vrinam reddentes.	cxlxiij.
¶ Ad calculos,	cl.
Alterum ad eosdem.	clj.
Aliud ad calculos.	clj.
Ad calculos, lienosos, hydropicos.	clij.
¶ Ad lumborum dolorē.	cliiij.
Aliud ad lumborum dolorem.	clv.
Ad paralysin, & lumborum dolorem compositio Antiochiātidotus, op / time facit acopum ad paralysin.	clvij.
Ad lumborum dolorem malagma.	clvij.
¶ Ad podagrā cū tumore, & feroore, & rubore, quam caldā vocat.	clvij.
Ad eandem podagram.	clix.
Ad podagram frigidam.	clx.
Ad eandem quasi acopum.	clxj.
Ad vtranque podagram remedium, quod in perpetuum sanat.	clxij.
¶ Ne cui serpens noceat.	clxiiij.
Nequem scorpio feriat.	clxiiij.
¶ Ad morsus & ictus serpentium theriace.	clxv.
¶ Altera theriace ad eadem.	clxvj.
¶ Altera theriace etiā ad aspidem.	clxvij.
Ad viperæ morsum propriè.	clxvij.
Antidotos Zopyri.	clxix.
Antidotos Mithridatis.	clxx.
¶ Antidotos Apulei Celsi ad canis rabiosi morsum.	clxxj.
Ad idem remedium quod brachio alligatur.	clxxii.
Antidotos Celsi.	clxxiii.
Compositio alia.	clxxiiii.

\*\*

Emplastrū

## INDEX COMPOSITIONVM

¶ Emplastrum mirificum ad canis rabiosi morsum.	clxxv.
¶ Antidotos Cassij ad toxicum, & tela veneno tincta.	clxxvi.
¶ Antidotos Marcianí ad omnia mala medicamenta, quæ ratiæ, id est, perfecta dicitur, quæ Augusto componebatur.	clxxvii.
Singulorum malorum medicamentorum propria auxilia.	clxxviii.
¶ Ad cicutam.	clxxix.
¶ Ad opium.	clxxx.
¶ Ad altercum.	clxxxi.
¶ Ad gypsum.	clxxxii.
¶ Ad spumam argenti.	clxxxiii.
¶ Ad cerussam.	clxxxiii.
¶ Ad coriandrum.	clxxxv.
¶ Ad leporem marinum,	clxxxvi.
¶ Ad salamandram.	clxxxvi.
¶ Ad aconitum.	clxxxvii.
¶ Ad cantaridas.	clxxxviii.
¶ Ad buprestim.	cxc.
¶ Ad dorycnion.	cxa.
¶ Ad ixiam.	cxi.
¶ Ad ephemeron.	cxcii.
¶ Ad toxicum.	cxciii.
¶ Ad pharicum	cxcv.
¶ Ad tauri sanguinem,	cxcvi.
¶ Ad lac potum.	cxcvii.
¶ Ad fungos venenatos.	cxcviii.
¶ Ad sanguisugam.	cxcix.
¶ Quoties suspicio mali medicamenti fuerit, commune remedium.	c.
Item Emplastra.	
¶ Emplastrū viride Tríphonis chirurgi, quod facit cum ossa in capite fracta sunt.	cc.
¶ Emplastrum viride Megetis chirurgi ad eadem.	ccii.
¶ Emplastrum viride Tríphonis ad vulnera recentia.	ccii.
¶ Emplastrum Traſeæ ad eadem minus acre.	cciii.
¶ Emplastrum viride Tríphonis facit ad vetera vlcera.	cciv.
¶ Emplastrū viride Gliconis chirurgi ad omnia mirificum vitia corporis. His vocatur.	ccv.
¶ Emplastrū nigrum, quod bæſeſq; dicitur, facit ad omne vulnus recens & contusum.	ccvi.
¶ Emplastrū nigrum Traſeæ facit ad omne recens vulnus neruorum, m̄ sculorumq; punctus. Idē articulos præcisos iungit.	ccvii.
¶ Emplastrū nigrum Aristi chirurgi, ad vulnera recentia, punctusq; mucorum	ccviii.

## SCRIBONII LARGI

Iculorum, neruorumq; ad luxum, contusum: præcipue cū ossa fracta sunt artuum: sine alligatura enim dimidio celerius sanat. ccix.

¶ Emplastrum nigrū Tríphonis chirurgi facit ad contusa, & ad canis morsum, & furunculos. Idem rosa dilutum explet vlcera concava. Idem vocatur Basilice. ccx.

¶ Emplastrū nigrū Aristi chirurgi facit ad eadem, & vocatur Tetrapharmacos. ccxi.

¶ Emplastrū rubrū Dionysi chirurgi facit ad leuia vulnera & in tenerioribus corporibus. ccxii.

¶ Alterum rubrū emplastrum quo venatores vtuntur: facit enim ad canis, & ad omnium quadrupedum morsus, Megetis chirurgi. ccxiiij.

¶ Emplastrū coloris incerti, facit ad omnia mediocria vulnera, & ad morsum omnium quadrupedum: ad contusa, incisa articulamenta, mire facit. Item cicatricem ducit, tumorem non patitur fieri, neque pus: fasciam, lanā succidam non desiderat: in balneo, aut solio non excidit. Furunculos, strumas aut discutit, aut aperit, aut persanat. ccxiiij.

¶ Emplastrū luteū Euelpisti chirurgi facit ad tenera vlcera mediocriter laesa. ccxv.

¶ Emplastrū quod aperit, & ducit pus, vel si quid aliud subest Epispaſti, ce dicitur. ccxvi.

Emplastrum ex sale album, quod Dialon Græci vocant, facit ad omnē diutinem, & diutinum dolorem, & ducit sudores: eadem vlcera callosa reno- uat, & cogit faciliter cicatricem ducere. ccxviij.

Emplastrum aliud ex sale nigrum ad eadem efficacius. ccxviij.

Emplastrum album ad combusta, & exulcerata ex frigore, quæ perniones vocantur. ccxix.

¶ Emplastrū album ad cicatricem ducendam Pacchij Antiochi, ad perniones, ad combusta, & vleera, quæ Cacoethes Græci dicunt. Idem ex rosa dilutum facit melius omnī lipara, ad omnia vitia quæ in ano fiunt. ccxx.

Emplastrum ad cōbustum mirificè facit. Idē nigrū, & cito persanat. ccxxij.

¶ Lipara ad intertriginē, & exasperationem, atque tumorem ani. ccxxii.

¶ Lipara rufa facit ad fissuras ani, quas Rhagodas Græci dicunt. Eadē ad eiusdem partis vitia, & vlcera diutina. ccxxiiij.

¶ Ad condylomata simplicia complura, ccxxiiii.

Ad idem composita. ccxxv.

Ad idem alia. ccxxvi.

¶ Hæmorrhoidas quæ admodū medicamento curare oporteat. ccxxvii.

Non exulceratas eminentias ex qualibet corporis parte medicamento tolle. ccxxviii.

Suppurationem sine ferro aperire, & quod idem medicamentum pectoris,

\*\*\* ij lateris.

## INDEX COMPOSITIONVM

lateris, lumborum diutinos dolores tollit.	ccxxxix.
¶ Melior Triphera, hoc enī noīe appellaſ vtrūq; gen⁹ medicamēti. ccccxxx,	
Ad stigmata tollenda medicamentum.	cccxli.
¶ Intestinum extremū cum prodit, quibus oporteat remedijs vtī. ccccxxxii.	
Ad testiculorum tumorem.	cccccxxxiii.
¶ Ad veretri tumorem.	cccccxxxiv.
Si vlcus fōrdidum fuerit, aut cancro tentabitur, corruptum' ve fuerit, cō/ posita duo.	cccccxxxv.
Sī cicatrix ducenda est.	cccccxxxvi.
Ad omne vlcus, in omni parte corporis fōrdidum, communia simplicia me/ dicamenta, & compositum vnum.	cccccxxxvii.
Ad omne purum vlcus, & concavum quæ complent.	cccccxxxviii.
Ad omne vlcus in quo caro excrescit.	cccccxxxix.
¶ Ad idem alio modo cōpositum. Emplastrū ad cicatricē ducēdam. cccl.	
¶ Emplastrum ad cicatricē ducendam.	ccxli.
¶ Emplastrum ad idem, nāc̄ uāc̄ dicitur.	ccxlii.
¶ Ad papulas in capite efferuescentes, vel qualibet corporis parte.	ccxliii.
¶ Ad ignem sacrum complura simplicia.	ccxliii.
Ad idem compositum.	ccxlv.
Ad idem aliud.	ccxlii.
¶ Ad Zonam quam Græci ζώνη vocant.	ccxlvii.
Ad idem aliud medicamentum.	ccxlviii.
¶ Ad impetigines simplex compositum.	ccxlix.
¶ Ad idem aliud.	ccl.
¶ Ad scabiem simplex vnum, compositum vnum.	ccli.
Ad leprā, quæ quasi ipetigo est cū prurigine cutis, simplicia quatuor.	ccli.
Ad idem compositio.	cclii.
Ad idem alterum malagma.	cclii.
¶ Malagma ad ὀπιδότονον & κυνηγον ατασθαλία. Idem facit ad omnē tensionem & contractionē neruorum.	cclv.
Malagma quod stomachum solutum confirmat, aluum incitat, suppri/ mit, & adstringit quicquid opus est.	cclvi.
Malagma ad pectoris & lateris dolorē, & quicquid ex perfrictiōe fit.	cclvii.
Malagma ad omnem dolorem, præcipue iecinoris.	cclviii.
Malagma ad iocineris, & lienis tumorem, & dolorem.	cclix.
Malagma ad præcordiorum tensionem.	cclx.
¶ Malagma ad lienosos.	cclxi.
Malagma ad omnem veterem dolorem, præcipue lumborum.	cclxii.
Malagma quod discutit strumas, parotidas, panum. Idē suppurationes in/ teraneis partibus futuras aperit. Idem facit ad omnem dolorem articulo/ rum	

## SCRIBONII LARGI

- sum: præcipue lumborum. cclxiiij.  
 Malagma ad omnem dolorem corporis, & articulamentorum, facit & ad  
 podagram. cclxiiiij.  
 Malagma ad contusionem lateris. Idem facit ad suspectas in ijsdem parti/  
 bus suppurationes, vel iam factas. Aperit enim citò, & sanat. Idem prodest  
 præcordijs tensis, iecinori duro. cclxv.  
 Malagma ad luxum, contusum, canis morsum, parotidas, strumas, poda-  
 gram. cclxvj.  
 Malagma ad podagrā, & omnem dolorē, & tensionem neruorum. cclxvij.  
 Acopum ad perfrictionē, laffitudinem, dolorem, tensionem neruorum.  
 Idem hyeme non patitur perfrigescere. cclxvij.  
 Acopum quod per vindemię tempus componitur, facit ad omnē dolo-  
 rem corporis, & neruorum. cclxix.  
 Acopum odoris grauioris ad perfrictionē, & dolorem neruorum. cclxx.  
 Acopum optimi odoris, quo Augusta Antonia ferè ytebatur, facit ad ner-  
 uorum dolorem: perfrigescere non patitur. cclxxj.

F I N I S.

*Ad initium epistole Largi uersu decimo, pro, ac ne ad fines qui=*  
*dē eius professionis, legi potest, ac ne ad fores quidem eius pro=*  
*fectos. Item uersu uicefimo octauo ubi habes, qui criminis iniui-*  
*dentie flagrant, lege. Qui criminis &c. ut sit principium sente-*  
*tiae. In fine epistole: eque enim in libra.\* denarij octogintaqua-*  
*tuor apud nos, quot drachma apud Grecos incurruunt. aliter sic:*  
*eque enim in libra.\* denarij octogintaquatuor apud nos sunt,*  
*sicut drachma apud Grecos incurruunt.*

\*\*\* iii

## P O N D E R A

Duodecima pars assis	Vnde.
Sextans	Vnde due.
Quadrans	Vnde treis.
Triens	Vnde quatuor.
Quincunx	Vncie quinque.
Semis, que et scilicet dicitur	Vncie sex.
Septunx	Vncie septem.
Bes	Vncie octo.
Dodrans	Vncie nouem.
Dextans	Vncie decem.
Deunx	Vncie undecim.
As	I libra Vncie duodecim.
Pondo due	Libre due.
Trepondo	Libre tres.
Sicilicum faciunt drachme due.	
Sextulas senas habet uncia.	
Duella sextule due vocantur.	
Sescuncia	Vncia una et semis.
Semuncia	Vncia semis.

Horum ponderum quedam apud veteres  
inueniuntur note.

S	significatur	Semis vel scilicet.
—		quarta pars semissis.
—		octava pars semissis.
—		duella.
—		sicilicus.
Z		parts uncie octava.

Denarius sic stellatim.\*.decussatur.

Victoriatus argenteus erat nummus uictorie nota signatus,  
pro quo in compositionibus a Scribonio relatis, Galenus duos  
obolos ponit, hoc est, scrupulum.

Sestertius et ipse argenteus nummus erat, duos asses et ses-  
tissem ualens.

## M E N S U R A E.

Ligula cochlearis est mensura. Cyathus Plinio autore pendet  
per se drachmas decem. Sesquicyathus acetabulum implet.  
Acetabulum eidem Plinio hemina quarta pars est. Hemina sex  
impletur cyathis. Dimidium sextarij hemina est. Congius se-  
nos capit sextarios, ut Amphora octo Congios. Duplex Amphi-  
ra Modius est.

Eius quoque memineris, bone lector, ut ubi uoluua pomorum inue-  
nies, legas uolema: ubi ferula, fecula. Nam Paulo Aeginete σφέ  
κλιη, seu φέιλα ὄνου τριζεῖται, id est, uini fæx est.





# SCRIBONII LARGI COMPOSITIONES Fo. I.

AD CAPITIS DOLOREM. COMPOSITIO I.

D*capitīs dolorem, etiam in febre, primis diebus benefacit serpylli. pro. quadrans, rosae aride. pro. quadrans: hec in coquuntur duobus sextarijs aceti acerrimi, donec ad dimi*  
  
*dias perducantur. Inde sumitur cyathus, & in duobus rosae commiscetur, frequentēque ex eo curatur caput: vbi enim cōcaluit quod infusum est, nislalud recens adiicitur, nocet.*

ij.

¶ *Item prodest eodem modo ruta per se vel cū hederæ baccis decocta. Porphyri quoq; & menta multis profuit, ea ratione decocta, & infusa capitī dolēti, sphondylion, & agni semen, & platani pilule similiter aceto incocte, rosa que folia residuo aceto commixta.*

iiij.

¶ *Cum autem pluribus diebus permanerit dolor, tum omnium supradictorum oportet vncias singulas sumere, ijsq; admiscere lauri baccarum, castorei, nucum amararum, pulegi, sampsuci foliorum, singulorum vncias, & aceti sextarios tres decoquere ad dimidiās. Eodem modo rosa admixta, non tamen frequenter, caput curare.*

iiiij.

¶ *Ad omnem capitī dolorem efficaciter prodest, crocomagmatis pondo sextans, aluminis fissi, vel gallæ. pro. vncia. Hec terere ex aceto & rosa vicibus adiecta oportet, usque dum mellis habeat spissitudinem: inde frōtem, & utraque tempora oblinere.*

v.

¶ *Ad capitī dolorem, cum inueterauerit, benefacit hec compositio: Murræ. ✕. pro. j. croci. ✕. pro. ij. amigdalorum amarorum. ✕. pro. ij. rutæ viridis ✕. pro. iiiij. sphondylij. ✕. pro. j. panacis. ✕. pro. j. laurus baccarū. ✕. pro. iiij. ferpylli. ✕. pro. ij. castorei. ✕. pro. j. Teruntur hec omnia aceto, & fiunt pastilli: cum opus est diluūtur aceto & rosa, in mellis spissitudinem, atque ita frōs & tempora illinuntur.*

vj.

¶ *Oportet vero permanēte capitī dolore, materiam quoque detrahere ex eoper nares, vel os. Quæ res etiam auriculæ, vel dentib⁹ dolentib⁹ prodest. Nec minus quibus subitæ vertigines obuersantur, quos Græci dicūt. Item comitali morbo correptos, & caligine impeditos ex magna parte leuat. Debent autem ijs omnes pridie abstinere, & superioribus diebus aquam potare.*

vij.

¶ *Per nares ergo purgatur caput ijs rebus infusis per cornu quod rhinenchites vocatur: Hederæ succo per se, vel betæ succo, cū exiguo flore æris, vel cyclamini succo mixto lacte aut aqua parim mensura.*

vij.

¶ *Bene detrahit è naribus liquorem & hec compositio: Salis, nitri, mellis, aceti, olei veteris, singulorum. ✕. pro. binū, cyclamini succi, sapidæ & cunctæ quæ herbam pediculariæ, quod pediculos necat, quidam appellant, singulorum ✕. pro. j. Hec in unum mixta, naribus per cornū infundūtur, vel pīnna lon*

Aa giore

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

giore nares interius perfricantur. Cum satís visum fuerit fluxisse, ut reprimitur, aqua frígida nares diutius abluere pura oportet: vel ea, in qua pridie crocum adiectum maceratum fuerit.

**S**ed si per os magis detrahere materiam visum fuerit, quia non sine tormento per nares ea deduceretur, suadebimus pyrethrí radiculā commanducare, atq; subinde hiantem pati fluere saliuam: vel vuam passam cum piperis albi granis totidem dabimus commanducandam, & expuendā: æquè enim & hæc deducunt pituitam. Benefacit & sinapī ex aceto tritum, & nō excastratum, gargarizatum triū cyathorum mensura, admixto mellis, p. quadrante: detrahit enim largiter pituitam.

**P**rodest cū diu caput dolet, adtondere ad cutem, & radere, & diutius sic cū ad relaxationem cutis fricare, & aqua calida fouere pura, vellaurum incoctam habente: quo tempore etiam sternutamentum concitare non alienum erit medicamento quod ex his rebus componitur. Veratri albi, castorei, struthij quod est radix lanaria, piperis albi, singulorum. ✕. p. i. heccō tusa tenuiter forato cribro transmittuntur: cum opus fuerit per pinnam, vel calamum scriptorium naribus sufflentur, vel specillo tincto in aquam, & excusso, tacta naribus iniiciatur. Proritat sternutamentum etiam per se contusum, & eadem ratione iniectum veratrum albū. Nigrū, siccū, & aridum, sternutationem statim inuitat.

**C**apitis dolorem quemuis veterem & intolerabilē protinus tollit, & imperpetuum remediāt torpedo vīta nigra, imposta eo loco qui in dolore est, donec desinat dolor, & obstupescat ea pars: quod cum primum senserit, remoueat remedium, ne sensus auferatur eius partis. Plures autem parādē sunt eius generis torpedines, quia nō nunq; vīx ad duas, trēsve respondet ratio, id est, torpor, quod signum est remediationis.

Ad comitialem morbum.

**A**d comitialem morbum, quem Græci ἡλιανόν vocant, herbam quam ijsdem οὐλυβεῖον, nos nerualem appellamus, oportet ienum quamplurimum viridem coimesse, à prima luna ad tricesimam. Hęc eadem herba ebrio data copiosa, in crapula vīnum discutit, mētemq; restituit.

**I**te hinulei cerui coagulū intra nouem dies exceptum, benefacit ad morbum comitialem. Intelligitur autem dierum numerus ex eo, quod iacent aures simul eorum prīmis temporibus, à nono enim die subriguntur. Oportet ergo sumere tunc coagulū, & arefacere, quo neq; Sol, neque Luna accedit, atq; inde dare pueris vīciae magnitudinis globulum, ex aqua calde cyathis duobus. Maioribus verò natu fabae solidæ magnitudine, ex aqua calde cyathis tribus per dies triginta. Dentur autem aquæ puræ supra medicamentum cyathi duo, aut tres. Hoc remediū qui mōstrauit, dixit ad rem pertinere

- pertinere, occidi hinnulum cultro quo gladiator iugulatus sit. xiiij.  
**¶** Constat inter plures & crocodili testiculū.  $\text{X} \cdot p \cdot j.$  aut vicitoriati per dies  
 triginta ex aquæ cyathis tribus sumptum multos remediasse. xv.  
**¶** Ad recentē comitialem morbum citò proficit: ad veterem tardius, tymi  
 albi.  $\text{X} \cdot p \cdot iij.$  ex acetī cyathis tribus, & mellis boni podo vncia: vt dilutum  
 ieiunus bibat per dies quadraginta quinq: sed cū biberit, citatus ambulet mi-  
 lia passuum minimè duum. xvi.  
**¶** Scio Romæ quandam honestam matronam aliquot comitiali morbo li-  
 berasse hoc medicamento: eboreę scobis hemina, mellis attici pondō libra,  
 hec in vnū miscentur. Postea adiçitur, si puer fuerit, qui laborat, testudinis  
 masculæ, palumbi masculi, vtrorūq; ferorū, id est, nuper captorū sanguis,  
 quantū fluxerit dū viua vtraq; animalia dimittantur. Si autem puella fu-  
 erit, foeminei generis animalia sint, & eodem modo capta, sanguine effuso  
 emittantur. Oportet aut̄ clavum cyprii eris acutū demittere in iugulū te-  
 studinis, & palumbi venas quæ sub aliis sunt, ære acuto incidere: hoc medi-/  
 camentū ligneo vase seruatum reponitur. Cū opus fuerit, datur ex eo luna  
 decrescente per cōtinuos dies triginta. Primum cochlearia tria, deinde quinq:,  
 deinde septem, deinde nouem, summum vndecim: & rursus nouem, deinde  
 septem, deinde quinq:, postea tria: & iterū augetur, minuiturq; numerus co-  
 chleariorū, donec dies triginta antedicti cōsumantur. Postea oportebit sco-  
 bis eboreę heminam per duos menses consumere vitio correptū, accipien-  
 tem ex ea terna cochlearia in die, ex aquæ cyathis tribus: hoc medicamēto  
 qui vtitur, neq; vinū, neq; suillam gustet. Præterea habeat in brachio verua  
 eborea. Nā sunt & qui sanguinem ex vena sua missum bibat, aut de calua/  
 riadefuncti terna cochlearia sumant per dies triginta. xvij.  
**¶** Item ex iecinore gladiatoriis iugulati particulam aliquam nouies datam  
 cōsumant. Quæq; eiusdē generis sunt, extra medicinæ professionē cadūt;  
 quis profuisse quibusdam visa sunt. xviii.  
**¶** Illud tamen non oportet ignorare, sanari hoc vitiū cū cognitū est, aliqui  
 bus: viros faciliter mulieribus remediari: pueros, vel virgines liberari post cō-  
 plexum & deuīrginationem.  
 Collyria composita leuia. xix.  


D cōturbationes & epiphoras oculorum scio multa collyria, tā-  
 etsi tardē, magnos tamen effectus habere. Sed nulli collyriorū  
 tantū tribuo, quantū lycio indicō vero per se: hoc enim iter ini-/  
 tia, si quis hoc collyrio inungatur protinus, id est, eodem die, &  
 dolore præsenti, & futuro tumore liberabitur. Superuacuū est autem nunc  
 laudes eius referre, in alijs enim expertus intelliges simplicis rei vix creden-  
 dos effectus. xx.

Oportet vero minimè quater, quinquiesve ex interuallo inungere, dein-  
 Aa ij de

## DE COMPOSIT. MEDIC.

de cū combiberit oculi ad singulas inunctiones, ea' q; q̄ poterint sustinere calidissima, spongijs expressis vaporare eos diutius, eodemq; die in balnea duceret: ita vt cū cætero corpore caput quoq; & facies calida imergatur, & frueatur: vino q; vtī vt quisq; assuetus est. Postero die si qua vestigia epiphora remanserint, inūgere collyrio aliquo acriore aquato sub vespere, & rufus in balneū deducere, & vinum dare eodem modo. Ferè enim vno die tollit epiphoram, & præcipuè incipientē neq; adhuc alio medicamento tactā. Sed si ea vis fuerit epiphora vt non cedat vno die, spectare oportebit donec impetus sedetur, & ita in balneum deducere, cætera que facere quæ præcepimus. Idem hoc medicamentum etiam suprà perunctū tardius quidē, sed eosdem effectus præstat, maximè in teneris corporibus, vt mulierum, & puerorum, quorū oculi nullius medicamēti vim sustinent: triduo enim, aut plerūq; quadriduo tollit dolorem, adiutū oui infusione, & aquæ calide vapore.

xxi,

¶ Item compositorū collyriorū hoc maximè probō ad recētes epiphoras, & conturbationes oculorū, tumorēsq; & dolores: Aloes indicæ. ✕. p. iiiij. croci. ✕. p. iiij. opij. ✕. p. j. gūmis. ✕. p. iiiij. plātaginis succi cyathos tres. Terere oportet per se crocū diligenter, deinde cætera admiscere pridie macerata succi plantaginis cyatho: atq; ita reliquis duobus cyathis admixtis, cū spissata fuerint, fingere collyria. Vt rūq; autem genus medicamenti eximè prodesse iudico, proprietate quidem quadam: sed præcipuè quod nullam in se aspritudinem habet, vt pleraq; quibus ferè inungūtur homines. Nam quæ ex cadmia, aut ære ysto, ejusdēm q; generis pigmentis compnūtur, quis curiose terantur, naturam suam tamen amittere non possunt. Nunq; enim vt succus diluūtur, sed cū in summam subtilitatem deducinō possint, perseverantia tamen terentiū, corpora quasi puluerulenta necesse est maneant: quorū verò partes velut cōfigūt, certè exterius pungunt framina prima, & tuniculam oculi, atq; initij interdum nō tam molestam futuram concitant epiphoram.

xxii,

¶ Quod nomine etiam quidem diaglauciū dicitur, probō in initij. Nam p. & hoc genere quodam ex eadem materia constat, nec ullam aspritudinem habet, quando sic componitur: croci. ✕. p. v. sarcocollæ. ✕. p. x. glauci succi. ✕. p. xx. tragacāthi. ✕. p. v. opij. ✕. p. v. Et hoc enim ego adiicio, & ita melius respondet, scilicet opium & in hoc, & in omni collyrio, medicamento q;. Verū adiūcere oportet, quod ex lacte ipso syluatīci papaueris capitū fit, non ex succo foliorū eius, vt pigmentarij institores eius rei comprehendij causa faciunt. Illud enim cū magno labore exiguum conficitur, hoc sine molestia & abundanter teritur. Ante omnia crocū aqua pluuiatili, deinde adiūcitur sarcocolla, glauciū, opiuū, tragacanthū, prius omnia seorsum macerata non multa eius generis aqua: vt q; primū, id est (si potest fieri) eadem

dem die fingantur collyria: solet enim diu neglectum mortario inarescere, His uti primis diebus collyrijs, non cæteris auxilijs prout res postulat, abstinendo dico sanguinis detractione, meliusque eam cæteris proficere ad/ firmo.

xxij.

Cum vero pluribus quis diebus vexatus fuerit epiphora cum perseverantia tumoris, & pituita ipso calore oculorum glutinosior visa fuerit (quod fere sexto septimo que die accidere solet) tu proderunt & ea quorum genus superius improbauimus, composita ex rebus metallicis. Facilius enim iam patiuntur oculi (si modo exulcerati non fuerint) iniuriam: quorum praecipue hoc mihi placet quod à colore ~~colori~~ dicitur. Accipit autem hæc: aeris vsti  
X. p. xij. cadmiaæ vstæ. X. p. xij. stibij cocti. X. p. xij. acaciae chylismatis  
X. p. vij aloes. X. p. iij. opij. X. p. ij. croci. X. p. iij. castorei victoriati pon  
do, myrræ, licij, idem scilicet pôderis, commis. X. p. decem & octo, aqua  
pluviatili quæ sunt durata diu, teretur donec leuissima fiant: postea cetera  
alio mortario singula trita admiscentur: dum tollendum est, cōmī adiicitur.  
Hoc quidem etiam in initijs vtuntur, cum ouï aquato liquore per se, vel cū  
collyrio quod à cinereo colore ~~colori~~ appellatur.

xxiiij.

¶ Collyrium spodiacum à quibusdam cinereum dicitur, componitur autem ex his: cadmiaæ, botrytidos vste super testam donec incandescat, & vino fa  
vlerno extinguae. X. p. xl. cretae samiae, quam vocant astra. X. p. lxxx. sti  
bij cocti. X. p. xx. opij. X. p. x. commis Alexandrini. X. p. xx. Teruntur  
hæc omnia aqua pluviatili, commi vltimum adiicitur: ante hoc, cū cetera  
leuia sunt facta, opium miscetur maceratum pridie aqua. Facit hoc per se  
etiam initio cum tenuis abundans que fluit lachryma, & pustulæ molestæ  
sunt. Aut cum prima tunica oculi exesa est, alia ve exulcerata. Cum purum  
vltus est, diluitur ferè ouï albo, quod est tenuissimum.

xxv.

¶ Ad sordida ulcera oculorum, crustas que habentia, quas ~~ex~~ vocant, item carbunculos quos ~~en~~ dicunt, facit bene & per se mel atticu pyxide  
cypriæ aeris conditum, & repositum mensibus duobus, nec minus: quanto  
enim diutius remanet efficacius fit.

xxvj.

¶ Sed præcipue hoc collyrium quod quidam Athenippu, quidam diaſmyr/  
nes, quidam ~~en~~ vocant, quia boni odoris est. Sed præcipue hoc, quod  
etiam ad pustulas, papulas q; & suppurationes oculorum facit, & ad cicatri  
ces non veteres, & ad palpebrarum recetem, aut in corporibus tenuioribus  
aspritudinem. Oportet autem eo ad sordida ulcera diluto cum ouï albo, id  
est, aquatissimo vti: deinde cum lachrymæ fluere desierit, cinereo supèr in  
ungere. Itē ad pustulas ex uno tritum facit. Ad papulas vero, & ad dolores  
cū rubore, & distentione oculi sicca, cum lacte muliebri & ex aqua. Aut ad  
cicatrices recentes extenuandas, & palpebrarum aspritudinem tollendam,  
subiecto scilicet specillo, aut inuersa palpebra, si quis eo vtatur. Cōponitur

Aa iij autem

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

autē ex his: Pompholygis lotae. ✕. p. viij. æris vstī. ✕. p. viij. croti. ✕. p. iiiij. myrrhæ. ✕. p. iiij. nardi. ✕. p. sex semis & victoriati. lapidis hematitis. ✕. p. duū & victoriati. piperis albi grana decē. opij. ✕. p. j. aut victoriati. commis. ✕. p. x. teritur vino chio.

xxvij.

¶ Collyriū Psittacinū à colore ita dictum, facit ad epiphoras quę cum te-  
nui & acrī lachryma consistūt. Item ad vſtiones & solutas cicatrices, & ya-  
stū tumorem, quem quia à loco interdū videtur propellere oculū, vocant, cum ouī albo quod est tenuē. Sed præcipue facit, cū quasi sanguine  
ſuffusi ſunt oculi, & ob id nullum niſi leuissimum collyrium patiuntur: re-  
cipit autem hæc: Croci. ✕. p. iiiij. cadmiae. ✕. p. iiiij. ſtibis. ✕. p. iiiij. opij.  
✕. p. ij. commis. ✕. p. ij. amyli & recentis & dulcissimi. ✕. p. iiiij. Eodem  
modo quæ ſcripta ſunt in mortario debent teri ex aqua pluuiali. Amylum  
autem cum iam fingendum erit collyrium, adiſcietur. Interdum & hoc ſu  
perinungantur qui prius Athenippo curati ſunt. His ferè collyrijs leuibus  
omnia quæ circa oculos cū tumore & dolore fiunt, remediamus.

## Collyria acria.

xxviii.

**A** Crioribus autem ijs ad cicatrices extenuandas, & palpebras alpe-  
ras, quod quia ex quatuor rebus vt quadriga equis conſtat, & ce-  
leres effectus habet, ἀρμα dicitur. Recipit autem hæc: æris vſti. ✕.  
p. iiiij. thuris arboris corticis. ✕. p. iiiij. ammoniaci guttæ. ✕. p. iiiij. com-  
mis. ✕. p. iiiij. Teruntur ex aqua pluuiali.

xxix.

¶ Hoc etiā ſuperūctum, ad puerorum epiphoras, & qui non ſufferūt in-  
unctionem facit: vt huīusmodi medicamenta, quæ ἄγρια vocant. Croc  
ſiculī pondo vncia, commis pondo vncia: hæc aqua teruntur, fiunt colly/  
ria.

xxx.

¶ Eſt & hoc medicamentum ſatis efficax, quo ita oportet palpebras perun  
gere, ne quid intra oculum fluat. Recipit autem hæc: Croci ſiculī. ✕. p. iiij.  
crocomagmatis. ✕. p. xij. thuris. ✕. p. iiij. aluminiſ rotudi. ✕. p. vi. opij.  
✕. p. j. myrrhæ. ✕. p. ij. commis. ✕. p. iiij. Vino falerno teruntur, cum le  
uia facta ſunt, & crassitudinem habet mellis ſpiffi, adiſcitur paſſi cretici. p.  
ſextans: reponitur pyxide stagnea, ſi paſſum adiectum non erit, collyrium  
erit.

xxxi.

¶ Benefacit & hoc medicamentum, quo Augustus vſius eſt, & recipit hæc:  
Aluminiſ ſiſi. ✕. p. xl. thuris candidi. ✕. p. x. aloes. ✕. p. xv. croci. ✕.  
p. xv. opij. ✕. p. ij. gallæ. ✕. p. x. roſæ foliorum aridorū. ✕. p. x. planta-  
giniſ ſucci vel ſeminis. ✕. p. x. Vino falerno teruntur, cū leuia facta ſunt,  
& ſpiffitudine mellis habet. Adiſcitur paſſi ſextarius, aut hermina, aut tur  
sus commiſſetur. Reponitur vase stagneo, vel argenteo.

xxxii.

¶ Collyrium psoricum ad caliginem, & ad aspritudinem oculorū ſiccāq;  
perturbationem ſine tumore, quā ἄρροφθελλία appellant. Facit hoc collyriū  
bene

benè quod psoricon dicitur. Habet autem hæc: Croci. ✕. p. xiij. psorici. ✕. p. xxiiij. plimmithij. ✕. p. iiij. opij idem, piperis albi idem, cōmis. ✕. p. vi. aqua pluuiali commiscentur, teruntur. xxxiiij.

¶ Stratoticum collyrium ad aspritudinem, & caliginem. Recipit autem hæc: plimmithij. ✕. p. vi. piperis albi. ✕. p. j. omphacij. ✕. p. ij. cadmie. ✕. p. iii. opobalsami. ✕. p. ij. opij. ✕. p. j. commis. ✕. p. ij. teruntur aqua pluuiali. Colluriū hoc melius superiori ad caliginem facit. xxxiiij.

¶ Stacton, quod vocant, ad eadē. Ferè autem mulieribus prodest. Habet hæc: cadmie. ✕. p. xiij. stibis. ✕. p. vij. piperis albi. ✕. p. ij. myris vsti donec pū/ nīceū fiat. ✕. p. ij. æruginis rasæ. ✕. p. j. & victoriati, æris floris idem, cōmis. ✕. p. v. aqua pluuiali teritur. xxxv.

¶ Collyrium acre ad extenuandas cicatrices, & quis veteres, caliginemque & aspritudinem oculorum, quod semel inunctum plurium dierum effectū prestat. Oportet autem eo aquato vti, diu enim tenet, ammoniaci guttae. p. libram, æruginis. p. libram, commis. p. quadrantem, pluuiali aqua teritur æugo: postea cætera adiunguntur macerata aqua. xxxvj.

¶ Collyriū quod propriè facit ad aspritudinem palpebrarum, & callositatem. Oportet subiçere specillum, aut inuertere palpebram, eris vsti. ✕. p. xxiiij. æruginis. ✕. p. vij. croci. ✕. p. x. myrrhæ. ✕. p. j. nardi spicæ. ✕. p. j. casæ rufæ fistularū victoriati. p. piperis albi grana. xlv. commis. ✕. p. nouem, vino chio teruntur. xxxvij.

¶ Medicamentū liquidū ad palpebrarū vetertimam aspritudinem, & excrecentem carnem, quam vocant. Item callum durissimum, Hygram appellant, quia est liquidum medicamentū, carnem ex palpebris tollit sine magno dolore. Recipit hæc: Myrrhæ, thuris, croci, singulorum. ✕. p. ij. myrrios. ✕. p. ij. chalcitis. ✕. p. vij. Hæc terutur diligenter aceto acris: vbi leuia factasunt, & habet spissitudinē passi, miscetur eis mellis attici. p. libra. Deinde in patella æris cyprii super carbones posita inferuescit, donec mellis habeat nō nimiū liquidā spissitudinē: atq; ita reponitur puxide æris cyprij. Cū opus fuerit, inuertitur palpebra: deinde hoc medicamento suffricatur curiosè ad delachrymationem, id est, vbi desierit mordere medicamen. Rursus inuertere oportet palpebram, atque ita pollice impresso membranas innatantes abducere, quæ facilè subsequuntur. Post hæc cinereo ex aqua inungendi erunt crassiore. Hoc inunctum multorum annorū callos, & aspritudines palpebrarum desperatas à quibusdam oculariorum paucis diebus tollit. xxxvij.

¶ Hygra ad suffusiones oculorū quas Græci ἡγεμονία dicunt, medicamentum liquidū. Feniculi succi. ✕. p. iiij. opobalsami. ✕. p. iiij. mellis attici. ✕. p. iiij. olei veteris. ✕. p. iiij. hyænæ fellis. ✕. p. j. euforbij. ✕. p. j. Hoc, oleo diluitur, & ita commiscetur ceteris. Aquato vti oportebit hoc medicamen-

Aa iiij to

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

to: est enim acerrimum, & vndiq; humores trahit. Quamobrem non sunt inungendi qui capit is dolorem, aut grauitatem habet. Item ante biduum, aut triduum ut aquam bibant quos destinauerimus eo vnguere. Quaquā melius facient etiam, si perseveranter aquam potauerint: vītio enim molestissimo facilius inter initia carebunt. Non praeferit me, habere te prudētes ocularios, quibus si nomina dixeris collyriorum in hoc libro scriptorū, contendant forsan se quoq; habere eadem cōposita: sed si pondera, aut effectus cōparare voles, longe diuersos inuenies. Ego enim ipse eodē nomine multa cōposita, non ijsdem ponderibus & rebus, interdū habeo: sed his maxime probatis vtor. Nec vtiq; adfirmo non posse & alios eadem habere: nam & ipse ab alijs accepi, sed rārō. Scio quosdam ocularios simpliciter tradētes cōpositiones, mēc; multum elaborasse, vt veras & incorruptas acciperem, cōscius sum mihi. Neq; illud rursus dico, nouas, & non aliquibus notis in hoc libro cōgesturum compositiones, verum etiam quasdam diuulgatas, & (vt ita dicam) publicatas: eiusmodi enim, quia efficaces sunt, etiam pluribus in notitiam veniunt.

## Ad aurium dolorem,

xxxix

**A**d auriculæ & tumorem, & dolorem sine vlcere prodest herba vrceolaris, aut cucurbitæ ramentorū succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus. Item bestiolæ multorum pedum (quæ tactæ conduplicant se in orbem pilulæ rotundissimæ similem, καταποδίους ὄντας aut πολυπόδιας Græci hoc gen⁹ animaliū vocat) oleo domestico complures inferuefactæ vase ferreo, benefaciunt. Prodest & gliris pinguis, & gallinæ adeps, & medulla bubula, liquefacta, tepensque infusa. xl.

Sed præcipue pīcis flos, quod πίκιον appellant, cū oleo communimixtū, ita vt tertia pars sit olei: Nam & dolores sedat, & ferè non patitur suppurationem fieri. Et si facta fuerit, eadē respersanat. Ad summam ego ipse diu vexatus ab aure, cum multis frustra usus essem medicamentis, ab hoc sum personatus, & alios complures sanavi. Florem pīcis autē appello, quod excipitur dum ea coquuntur, lana superposita eius vaporī: hoc etiam grauitatem odoris protinus tollit.

xlii

Item benefacit hoc medicamentum ad tumorem, & exulcerationem auriculæ, aceti acris sextarij duo, incoquuntur mala granata, quibus coriarij vntur, quia semper valida sunt, nec vñquam maturescunt, οὖτε δέξιας Græci dicunt, donec madida fiant: tūc hæc adiūcūtur & admiscentur: Aluminis fissi vñcia, acaciæ succi, p. quadrās. Reponitur medicamentū ampulla vitrea. Cum opus est, ad tumorem quidem calidum per strigilem infunditur: inde foramen summum lana succida tegitur. Ad vlcus autem frigidum per eiusdem generis lanam & auriscalpium iniicitur.

xlii

Sic caro excreuerit in foramine auris, compescitur sine dolore aut ferro hot

hoc pastillo. Aluminis fissi. p. triēs, ærugininis. p. triēs, mīsyos vstī. p. triēs, rubricæ sinopidis. p. triens, commis. p. sextans. Teruntur priora ex aceto acri, donec quasi cum collyrium componitur leuia fiant. Ultimum com/ mi adiicitur: & siūt pastilli, qui ad omnia vlcera faciunt, aqua dilutī, cū aut compescenda sint, aut cicatricem debeat ducere. Sed aquatioribus opor/ tet vti, cum cicatrix est cludēda. Benefaciunt & ad exulceratas nares qua/ libet ex causa, & grauiter olentes.

Ad parotidas.

xliij.

**A**D parotidas conuenit noctuæ cerebellum butyro mixtum: dif/ cutit enim ferè eas sine dolore & molestia. Oportet autem aqua marina feruenti, nouis spongijs demissis, & per linteum intortū vtrisq; expressis vaporare parotidem, atq; ita oblinere hoc medicamento, superque tegere lana sulphurata totam maxillam.

xliiij.

¶ Item bene discutit parotidas Iris illyrica contusa, cocta ex passo more fa/ rinæ hordiaciæ, calda bis téreve imposita.

xlv.

¶ Discutit & hoc medicamentum parotidas, antequam suppurraverunt: Spume argenteæ pondo dua, cerussæ. p. libra, salis ammoniaci. p. libra, æris floris. p. dodrans, acetū sextarius, olei veteris sextarij duo & dimidium. Spu/ mam & cerussam salē per se & cum aceto terere oportet mortario, deinde oleo admixto traijere in cacabum amplum, ne extrā fundatur, & effer/ uescat (efferuescit enim valde). Cū hæc super ignem posita habuerint em= plastrī temperaturam mollis, deponere oportebit cacabū, cum feruere de= sierit: paulatim aspergere æris florem, & mouere spatha medicamentū, ne extrā fundatur: & rursus coquere, donec habeat emplastrī spissitudinem stricti.

Ad sanguinis eruptionem de naribus.

xlvj.

**E**Rumpit se è naribus sanguis, qui cum abundantter fluxit, nisi ce/ lerius supprimatur, periculum adfert. Proderit ergo aqua frigida vel posca subinde aspergere totam faciem, vel spōgia refrigerare, acetum acre infundere in aurē, cuius è regione sanguis fluit, aut in vtranq;, si ex vtraq; sanguis emanauerit: gypso totam faciem cum frōte, & maximè nares crasse oblinere prodest: & caput frigida aqua copiose, superposito ali= quo tegumento, perfundere, vel cucurbitam occipitio adfigere. In ijcere aut intus narem aut nares oportebit cochleæ viuæ carnem per se, aut cū thuris polline tritam: vel herbam quæ quia multa est & vbiq; nascitur, appellatur. Idē trita facit & λυσιμαχίου herbaeodē genere. Proderit & spons= giæ particulam presectam, aptè forcipe ad amplitudinem & patorem na/ riū figuratam in ijcere paulò pressius ex aceto per se. Interdū aspergenda ei galla erit, vel chalcitis curiose trita, vel vtraq; in vnū æquis ponderibus mi/ xta, melius enim facit.

xlvij.

¶ Item bene supprimit & hoc medicamentum: malī corticis quo coriarij vtuntur

## DE COMPOSIT. MEDIC.

vtuntur. p. quadrans, aluminiis ægyptijs, p. sextans, chalcitis. p. vnicia. Hoc tritum per succidam lanam aspersum medicamentum iniçere oportebit. Facit autem etiam ad omnem ex qualibet corporis parte, seu vulneris sanguinisq; eruptionem, quoniam interdum ita (vt diximus) minus curati, praefocati yidentur. Et maximè cum vtraque obturata spisse necessario sunt formina narium, quia spirandi facultas eripitur, non alienum est scire quatione ytruncq; præstari possit, vt neq; spiratio interpelletur, neq; remedium efficacissimum (quod per oppilationem narium efficitur) excludatur. Oportet ergo sumere pinnam anseris quam maximam, vel calami scriptorij fistulam modicè plenam: deinde aptare ad longitudinem nasi, atq; ita precidere vtraque parte vt perforata sit, inuolueréq; ex fasciola tenui linteae quasi insita explere circuitum eius, donec cū videatur pator nariū cuneatione quadam recipere posse fistulam, atq; ita vt est circuolatam mergere aceto aci & iniçere, interdum per se, vel asperso super acetum vtro libuerit ante dictorum medicamentorum. Hoc autem remedio magis uti, cum per vtrasq; nares sanguinis abundauit.

Ad ylcera in naribus,

xlviii.



D ylcera in naribus, plumbi stercus quod scorïa dicunt, ex vino, & murteo oleo viciis adjecto terere oportet, donec spissum fiat, & ita per pinnam nares obteguntur.

xlix.

¶ Facit & hoc medicamentum bene: Poinpholygis. X. p. quatuor, cerussa X. p. duodecim, hyssopi. X. p. trium. Vino falerno & rosa viciis adiecta teritur, donec mellis habeat temperaturam.

Ad polypos.

l.



D grauem odorem narium, ὀζωνη Græci hoc vitium vocant: æruginis, p. quadrantem, aut squamæ æris. p. quadrantem, aut vtranq; rerū ponderis fescunciae in mellis despumati. p. libra de coquere oportebit, & eo yti liquido per pinnam.

li.

¶ Ad polypos, misy vstum, chalcitis vsta, æris flos, vstum sori, æris squama tufa, cibrata, si eo medicamento per pinnam saepius nares tactæ, eiusmodi vitia attenuata, cotidie emendantur: cum sint à cerebro paribus ponderibus: sicca benefaciunt.

lii.

¶ Sed quia plerunq; vexantur nares grauedine, quæ tumore earum efficitur: non alienum est te eius quoque remedia scire. Prodest igitur quies vnius diei, & ab omni re abstinentia: perungenda nares erunt bitumine liquido, aut mirra statce, vel pice liquida: postero die pastillus iste nocte super cibum dandus est, & si opus fuerit per triduum continuum eodem tempore: recipita autem hæc: apij seminis, p. trientem, anesi. p. quadrantem, alterci seminis, quod ἔστω καὶ μη dicitur pondo trientem, opij. p. vnciam. Fiant pastilli ponderis yictoriati: alijs parte tertia detracta dantur cum aquæ cyathis tribus

bus

bus. Faciunt autem & ad oculorū epiphoras, & stomachī nauseam, & deie-  
ctiunculas, & ad omnem fluorem.

Ad dentium dolorem. l*iiiij.*

**A**D dentiū dolorem quamvis plurimi dicant forfices remedium esse, multa tamen citra hanc necessitatem scio profuisse. Itaque cum etiam ex eis est aliqua ex parte, tum nō suadeo protinus tolendum: sed excidēdum scalpro medicinali qua cauatus est, quod sine ullo fit dolore: reliqua enim solida parseius, & speciem, & usum dentis presta-  
bit. Sed cū dolor urget, variè sedādus est, partim collutione quorundam,  
partim commanducatione, nōnūquam sufftione, aut impositione aliquo-  
rum. Prodest colluere os frequenter radice herbae quinquefoliae incoctæ  
in vino. Itē herba urceolarī, & cupressi baccis aqua incoctis. Alterci quoq;  
radix, at teiusdem semen linteolo spisso inligatum, & aqua sepius inferue-  
factum, denti subinde adpositum. Item leuat æquè dolorem dentium por-  
tulaca, commanducata ab ea parte qua non dolebunt, ut succus traie-  
ctus continueatur pusillo diutius, & solani succus tepens benefacit garga-  
nizatus.

Suffire autem oportet ore aperto alterci semine carbonibus asperso, sub-  
inde os colliere aqua calida, interdum enim quasi vermiculi quidam eiūcī-  
tuntur. Leuat dolorem & bitumen suffitum. l*iv.*

Item commanducare proderit herbam rhododaphnen, & saliuā dolen-  
tibus traiicere, ac pusillo diutius continere, & ita hiantem pati saliuam de-  
currere. Item mentastrum, vel radicem κοπλιόνθ, quæ herba similia fo-  
lia cymbalis habet, nasciturque ferè in parietibus humidis. Pyrethri quoq;  
radix commanducata multorum leuavit dolorem. Nec minus alumen fil-  
sum linteolo spisso circundatum, & ita dolenti pressum diutius continere  
prodest.

Imponere ipsi verò denti toti oportet hoc medicamentum quasi empla-  
strum: peucedani succi. ✕. p. iij. opopanacis. ✕. p. j. thuris. ✕. p. duum,  
vix passæ sine granis. ✕. p. j. Hæc per se contundi iubebis, deinde cætera  
seorsum trita commisceri in ynum. Vbi fuerit dolor, auriscalpiū lana mol-  
liiuoluitur, deinde tingitur feruentissimo oleo, atque ita denti primū, de-  
inde proximis gängiū superponitur bis tére, donec hebetescat ex aliqua  
parte dolor: post hoc, medicamento dens coperitur. Si repetierit, aut per-  
manserit nihilominus aliquis dolor, super medicamentum auriscalpium  
cum lana ex oleo candenti eodem modo imponere sæpitis oportebit, id est,  
donec dolor tollatur. l*vij.*

Sed si quando mouentur dentes ex perfrictione, confirmandi erunt plu-  
tima gargarizatione lactis asinini, aut vini marsici ad tertias decocti, i quo  
lapathī radices coniūci debebunt, ut vna decoquantur. Strigit etiam dētes  
alumen

## D E C O M P O S I T. M E D I C.

alumen, quo infectores vtūtū ex melle attico, ita vt duę partes sint melis, tertia aluminis. Hęc misceri oportet mortario, deinde patella fictili feruefacere vt spissentur: atque ita recondere quolibet vase æreo, donec hoc medicamentum primò austere, & nimis perstringere dentes, postea remissius videbitur. lviij.

¶ Item proderit motis dētibus hoc medicamentum: acetī acerrimi sextari vntus semis, cedrię verę ne habeat pīcis aliquam mixturam hemina, aluminis fissi, p. triens. Teritur alumen cum aceto, miscetur deinde cedrię, & una omnia vase æreo coquuntur, teda pingui mota donec in mellis spissitudine temperati medicamentum redigatur. Hoc medicamento si quis ter in mē se dentes fricuerit, dolorem eorum non experietur.

Dentifricij compositiones. lx.

**D**entifricium quod splendidos facit dentes, & confirmat: Farina hordeacae sextarum conspergere oportet acetocum melle mixto, & subigere diutius: atque ita in globulos dividere sex, quibus dilatatis admisceri salis fossicij semunciam: deinde furno coquere, donec in carbonem redigantur, tunc terere oportebit eos globulos, & admiscere spicæ nardi quod satis videbitur. lx.

¶ Ad dolorem faciūndū hoc Octavia Augusti foro rūsa est: ad dentū dolorem, & confirmationem benefacit radicis edulis cortex sole arefacta, & contusa, cibrata. Item vitrum candidum quod simile crystallo est diligenter tritū, admixta spica. Utuntur pleriq; etiam huiusmodi dentifricio: herbam vrceolarem legunt cū iam in semine est quamplurimam cum radice: deinde lotam uno die siccant: postridie recenti muria dura macerant: tertio die expressam olla noua componūt, subinde salis fossicij quasi tabulata interponunt: atq; ita percoquunt fornace balneariorum, donec in carbonem redigantur. Postea trita ad tertias admiscet spicæ nardi quod satis est. Hoc cū eo quod candidos facit dentes, tū etiā cōfirmat, Augustā constat rūsam. Nam Messalina dei nostri Cæsarīs hoc vtūtū, cornortum cerū vstorū in ollam nouam ad cinerem redactorum sextario uno, mastiches chiaz pondō vncia, salis ammoniaci pondo fescuncia.

Ad fluorem gíngivuarum. lxj.

**S**olent gíngivæ quorundam, fluore infestari, quas prægnates vocant. Prosunt eis lentisci folia arida contusa, & cibrata perforato cribro: facit & cīnis eiusdem lentisci foliorum ex aqua eiusdem decocti. Compositum autem hoc medicamentum prodest, quod & ad omnia vlcera quæ in ore fiunt vtile est, & à Græcis appellatur: recipit hæc: Aluminis fissi. ✕. p. iiiij. myrrhæ ✕. p. j. croci. ✕. p. ij. cypiri, id est, iuncī radicis. ✕. p. ij. gallæ. ✕. p. j. rosæ lutei floris. ✕. p. j. sandarace. ✕. p. iiij. His omnibus rebus tunsis cretis, atido medicamento vtī oportet per pinnam

pinnam etiam ad πρόσωπον & ἐπάλιον, id est, ubi ex transuerso gingiva suppurauit: aut tonsillarum tumorem magnū, ut dīgito pressius fricentur, vel ubi super extremum molarem increuerit gingiva.

Ad cancrum in ore.

Ixij.

**A**st & molestum interdum cū cācer os corripit, quod initījs neglectum, breui spacio temporis mortis causa est. Oportet ergo, cū prīmū visum fuerit, anteq; latius serpat, fauces que occupet, mīsi vīto quām plurīmo cum melle vtī sāpius: deinde colluere aqua oleastrī decocti subinde, aut corticis malī granatī.

Ixiij.

**M**edicamentū andronis prodest in omni parte corporis factō cancro, recipit autē hāc. Malī granatī corticis. ✕. p. x. terre malī. ✕. p. ix. aloes. ✕. p. iiiij. myrrhe. ✕. p. ii. gallæ. ✕. p. viij. alumīnis fissi. ✕. p. iij. æris floris. ✕. p. duū. Terūtur & cribrātur sicca curiose: deinde admiscetur passū creticū dum habeat spissitudinem mellis: cū opus est vīno austero sumendum medicamentum est, vītro reponitur, diluitur. Facit hoc medicamētū ad carbunculos, & ad ignem sacrum, & ad zonam quam Grēci οὐπετα dicunt.

Ad fauciū vīaē que tumorem.

Ixiiij.

**A**d fauciū vīaē que tumorem stomatice hac ferē vtuntur, quia nul lam aspritudinem habet & satis efficax est, vīaē amīneæ acerbæ cum prīmū granū incipiet perlucere, succi sextarios quatuor, mellis attici sextarium commisceto in vnum, atq; in grēco vaso coquito subinde mouens, donec mellis spissitudinem habeat.

Ixv.

**A**ltera eiusdem vtor stomatice, cū diutius vexatē partes antedictē sunt: Alumīnis fissi. ✕. p. duū. gallē cōtusæ. ✕. p. duū. omphaciū aridi. ✕. p. i. croci. ✕. p. i. passi creticī sextariū vñus. Hoc decoquit̄ vaso fictili ad dimī dias, & ita cātera diligenter trita admiscetur. Vtrūq; autem medicamentū stagneo reponendum est vaso.

Ad suppurationem fauciū.

Ixvj.

**V**erò suppurationē fauciū suspecta est, diutius permanente earū tumore, & interdum febriculis non sine horrore intercurrētibus, oportebit gargarizare quidē aqua mulsa crebrius, furfuribus sili-gineis decocta, vel passo ad dimidas decocto benē caldo, vtī ore & fauci-bus diutius contineatur, vel ea aqua, in qua fucus arida pinguis erit decocta: perungere autem fauces hoc medicamento, quām tactus sustinere poterit pusilliō pressius. Mellis optimi heminā, resinę terebithinæ. ✕. p. duū. rose cyathos duos, resinam cum rosa in duplī vaso, vtī solent vnguentarij, liquefacere oportet: deinde admiscere ei mel, & coquere donec spissū fiat me-dicamētū. Hoc etiam, cū eruperit suppurationē, vtī oportet: expurgat enim & explet idem.

Ad anginam.

Ixvij.

Bb Ad

## DE COMPOSIT. MEDIC.

**A**D anginā prodest & sanguinis detracō, cucurbitarū admissio, cætera q̄ auxilia quibus medici efficacius vtuntur. Medicamenta autem simplicia quidem hæc faciūt: laser cyrenaicum, si poterit inueniri: sin minus, syriacum aqua dilutū, crassius per pīnnam fauicibus adhibitum. Item euforbium aqua dilutum. lxviii.

**P**Compositorum autem medicamentorum hæc sunt apta: Fellis taurini, salis, aceti, mellis, olei veteris, æquas partes in vnum miscere oportet, & cū opus fuerit, pīnna perfricare fauces diutius. lxix.

**P**Itē benefacit gīt frictū. ✕. p. duū, pyrethrī. ✕. p. j. sagapenī victoriati pondus, melle miscentur hæc in vnum trita. lxx.

**P**Facit bene & hoc medicamentum: Fellis taurinī. ✕. p. ij. elaterij qui est succus cucumeris syluatici. ✕. p. j. cachryos animati. ✕. p. j. tritum melle admixto reponitur. Cum opus est, dilutum aqua tepida sumetur, & fauces perungentur, cogunturq; inde q̄ plurimum deuorare. Soluit enim vētrem, & ita vehementissimè prodest. Item hoc medicamentum vehementissimè prodest, multos enim à summo discriminē mortis liberauit. Benefacit hīrundinum pullorum cineris pondo quadrās, hyssopi pondo sextans, nīti, p. vncia, pīperis, p. semuncia, laseris pondo semuncia: his tritis cretis, mel/ lisatticī quod satis erit admiscetur. Et hoc autem cæteris medicamentis pīus fauces, & pressius fricare oportet. Multis & hoc profuit medicamentū, quod est sine dubio efficacius & vehementius: costi, apij, anesi, schoeni, ca/ siæ rufæ, singulorū. ✕. p. binum. git. ✕. p. j. amomi victoriati, p. viii, Zeæ, quod est semen. ✕. p. duū, aluminis fissi semuncia, gallæ mediæ ma/ gnitudinīs, numero. v. croci. ✕. p. duū. crocomagmatis victoriati, p. myr/ rhæ victoriati, p. Aristolochiæ creticæ. ✕. p. iiiij. cinnamī. ✕. p. iij. hyrū/ dinum sylvestrium pullorū cineris. p. vncia, nardi spicæ victoriati pondo. Hæc omnia siue contusa, siue creta diligenter melle attico despumato com/ prehendātur. Cum autē opus fuerit adiūcietur quod satis erit eiusdem mel/ lis. Hoc Augusta semper compositum habuit.

Ad vñat tumorem & dolorem. lxxi.

**V**Vam supprimit diu iacentem sal ammoniacū, galla cōtusa, equis ponderibus. Eadem ratione aluminis fissi. ✕. p. iiij. pīperis albi ✕. p. j. quibus in vnum mixtis cochleario, ter tacta resilit. Item herbæ cyclamini succo per cochlearium ter die tacta, ac per triduum, nō solum resilit ac sit minima, sed etiam raro valde molestat. Item ad vñat tumorem & tōsillarū siccum & efficax medicamentum: gallæ tusæ, p. viii, aēris flos, p. semuncia, menarū sine ouis quæ sunt, salsarum capita de/ cem. Hæc comburuntur, & ita cæteris admiscentur cineribus, & postea ni/ hilominus in vnum diutius teruntur. Oportet autem dīgito humido tan/ gere medicamentum, & sic vñam ab imo rectam diutius supprimere sursum  
versum

versum. Item aliud efficacius ad vuam diu iacētem, cyperi siccatae bene. p.  
quadrans, myrrhae. 2. S. croci siccati antē. 2. r. sandaracæ. X. p. j. aluminis  
fissi. 2. S. æris vsti. 2. S. Hæc omnia in vnum tunduntur, cibrantur, ac  
dīgito melle mixto medicamentum sumitur, & ita vua leuat, ac tonsillæ  
pressus fricatur per triduum, aut si voles, dīgito mūdo sine melle curabis.

Ad tumorem & raucitatem arteriæ & vocis abscisionem. lxxii.

**A**D arteriam exasperatam simplicia quidem hæc faciunt: commis  
alexandrina vel tragacanthum per se sub lingua retentum, com-  
positio autem hæc est. Deest compositio.

lxxiiij.

**A**D tumorem arteriæ papaueris syluatici iam maturi, viridis tamē  
adhuc, capita quām plurima vase fictili coniunctiuntur, aqua' q; su  
perfunduntur, vt supernatet duobus tribusve dīgitis. Hæc vbi  
triduo macerata fuerint, eodem vase coquuntur donec demadescant, postea  
exprimuntur capita, omnisque aquæ percolatae prius diligenter mensura  
capitur, ad cuius modum mellis attici quarta pars miscetur: deinde per du  
plex vas coquuntur, donec mellis habeat spissitudinem. Hoc medicamentum  
& ad arteriæ tumorem, & ad tuſsim facit. lxxiiij.

¶ Altera arteriace ad fluorem & raucitatem arteriæ. Item ex ea ad tuſsim,  
& abſcifsum fonū vocis. Tragacanthi. X. p. vj. commis alexandrīna. X. p.  
vj. myrrhae. X. p. j. thuris. X. p. ij. croci. X. p. j. piperis albī grana. xx. ca-  
notarum recentiū trium pulpas medias, detracta exteriore cute, interiori-  
bus q; venis vel viue passę nouę & icorruptę, purgatis interioribus granis. p  
viiij. cōmis & tragacanthū passo cretico vno dīe & vna nocte macerari opor  
tet, & postero die pila & pilo mundo contundere, & cætera trita mortario  
curiose admiscere. Inde dare fabę magnitudinem, globulum sub lingua te-  
nere deuorantem quoad liquefactū fuerit. Hoc medicamentū, pīpere de-  
tracto, & ad tumorem arterię facit. Seruandū autē puxide buxea. lxxv.

¶ Arteriace qua melior non est, refertur autem ab Asclepiade nostro: fa-  
cit ad oīa superius dicta efficacius: & quicqđ i arteria vitijs est. Cōstat ex his  
myrrhae optimę pinguis. X. p. xxiiij. tragacanthi cādidi. X. p. xxvij. gly-  
cyrizę radicis. X. p. xvij. resinę terebinthinę verę. X. p. xvij. tragacanthū  
sicut est cōtūdere, & per cibrū tenuibus foraminib⁹ eiūcere oportet: deinde  
myrrham tritam seorsum admiscere, & rursus vtraq; in vnū diu terere, atq;  
ita in pilam cōijcere, & ibi cū concaluerint ičtu pili terebinthinam paula-  
tim miscere: donec oīm vñitas fiat. Postea glycyrizam contusam & cibra-  
tam, mortario' q; nihilominus tritam sensim aspergere oportet. Vbi hæc be-  
ne mixta fuerint, dū calet medicamentū, plures accedant, & pilulas faciāt  
magnitudinis fabę. Fit enim durissima hæc arteriace, & hoc ipso præcedit  
cæteras: quia lingue subiecta non facile soluitur, & ita diutius exhibet suū

Bb ij effectum

## DE COMPOSIT. MEDIC.

effectum.

Ad susprium,

lxxvij.

**A**d susprium faciunt bene iter simplicia quidē acetū scillites, quod vocāt, cochleario ter quater ve sumptū in die. Prodest & ipsa scilla argilla circundata, & furno cocta, purgatis exterioribus putaminibus, & quod tenerrimum est eius, mellis duabus partibus attici ad mixtū & tritū bene cochleario, semel in die bis ve sumptū profuit multis. Pulmo vulpis in olla fisticili ad cinerem redactus, & datus mensura cochleariorum trium, cum aquæ calidæ cyathis tribus. Item pulmo cerui eodem modo factus & datus.

lxxvii.

**P**rodest & hoc medicamentum euidenter: Aluminis fissi, p. ✕. vj. opij, p. ✕. j. aqua exigua opium diluitur, miscetur alumini ante trito, fiunt globuli ciceris amplitudinis, dantur ie uno ante cibū quaterni aut quinque. Hoc medicamentū & ad sanguinis eruptionē ex interioribus partibus facit, & ad veterē tussim, & ad phthisicos, vel alios qui purulēta excreat.

lxviii.

**H**oc quoq; medicamentum ad susprium satis cōmodè proficit. Sulphuris viui, p. ✕. j. nitri, p. ✕. selibra, abrotani quod tribus digitis comprehendendi possit. Hæc contunduntur, & teruntur curiose. Cum opus est datur ex his cochlearia duo cum duobus cyathis aceti calidi ie uno.

lxxix.

**A**liud medicamentum ad susprium efficax valde. Facit aūt & ad lumborum diutinū dolorem, & ad paralyсин, & hydropicos, iyenosos. Bryoniae, id est, albæ vitis radicis, p. ✕. xii. iris illyricæ, p. ✕. xii. ammoniaci gutte, p. ✕. xii. asparagi radicis, p. ✕. vi. scyllæ bulbi crudi ex interiore parte, p. ✕. xii. tragacāthi, p. ✕. vi. mel miscetur cōtusis & tritis donec c̄er̄e mollis habeat temperaturam. Inde cum opus est, datur, p. ✕. i. cum aqua mulsa cyathis tribus vel quatuor.

Ad strumas &amp; omnem duritiem in corporis quolibet loco.

lxxx.

**A**d strumas bene facit radix cucumeris syluatici cocta ex aqua mulsa & trita, atq; ita imposita. Item ebiscum eodē modo factū. Sed melius marini lepores oleo vetere necati faciunt in plumbea puxide clusi, quam diebus quadraginta diligenter alligatam oportet habere, postea ex ea, pinna oblinenda sunt strumæ, superque eas pellis lanata non nimirum tonsa, tegendi gratia, imponenda est. Præcipere autem oportet, ne quis hoc medicamento manus inquinet, aut inquinatas, prius q; lauerit, ad os referat.

lxxxi.

**A**d strumas & ad duritiias mammarum mirificè facit antequam suppurent, & post suppurationem nihilominus, hoc medicamentū. Olei veteris pondo dua, spuma argenteæ podo libra, gallæ syriacæ podo triens, manna thuris pondo vncia, galbani pondo vncia. Cum oleo coquitur spuma donec cerati spissi habeat temperamentum, deinde admiscetur ei galla, & secundū hanc manna, cū emplastrī habet spissitudinē, tollitur ab igne medicamentū.

&amp;

& cū desinet feruere paulatim galbanū misceſ , per minutas parteis linitur aluta cū opus est. Hoc medicamētū soluſ tertio quarto ve die ſi nō ſuppu= rauerint ſtrumę: ſed ſi aptæ fuerit, hyeme alternis, æſtate cotidie. Ixxxii.

¶ Malagma ad ſtrumam & omnem duritię mirificum. Idem ad māma= rum muliebriū duritiā, & ad paniculas, & ad tubera, & cætera quæ ſubitò adnascuntur. Recipit hæc: Resinæ terebinthīnae pondo dua, cæræ pondo ſemissem, propolis, quā quidam cærā sacram vocant, pondo ſescuncia, gal bani pōdo ſextatē, olei veteris pondo ſelibrā . Hec oīa oleo ad ignē liquefa= tere oportet, & poſtea miſcere viſci de quereū pōdo quadratē, ammoniaci guttę pōdo quadratē, ebisci radicis aride pondo quadratē, cypiri radicis, quem nos gladiolū appellamus, pondo ſextatē, feruę pondo triētē, aphro= nitri pondo quadratē, aliū lapidis floę pondo quadratē, opopanax pōdo ſextatē. Hæc omnia ordine quo ſcripta ſunt cribrata in cacabum coniſciuntur, opopanax oleo diluitur. Vbi temperatum eſt medicamentū, manibus ſubigitur, linitur cum opus eſt aluta.

Ad ſanguinis eruptionem.

Ixxxij.

**A**D ſanguinis eruptionem, ſiue ex arterijs, ſiue à pulmone, vel pe= ctore ea fuerit, benefacit symphyti radix, quam quidam inulam rusticam vocant, quidā autem Alum gallicum dicitūt, lota aqua frigida, & rafa cultello eburneo velofſeo. p. ſextatis, aut plus, id eſt, quantum poterit manducare & deuorare, neque enim amara eſt. Opor= tet autem eodem die acetum non g��are, quod interdum per ſe magnificeſ ſolet prodeſſe: ſed huius radicis effectū resoluit. Item benefacit polygoniſ ſuccus cyathorū duorum aut trīum per triduum repetitus. Et plantaginis & ſolani eodem modo ſuccus prodeſſe: & crete ſamiae. p. ✕. i. ſumptū ex a= quæ frigidæ rigore detracto cyathis tribus. Prodeſſe & herbæ quam πολὺ vocat, nos vt opinor tiniariam, fasciculus, quantum manu comprehēdi po= tell, in tribus heminiſ aquę decoctus, & ad tertias redactus, ſi quis inde cy= athos tres dederit per triduum.

Ixxxij.

¶ Oportet autem extrā ſentienti vulnus, eo loco ſpongiam ex aqua recen= ti imponere, vel ex aceto acri, ac frequēter mutare ne concalefacta noceat. Et vetare artus conſtrīgere, quod plerique medicorum faciūt, ignorantes quod icitatur ſanguinis eruptio muſculorum compressione. Quandoquidem omnis coſtrīctio in vtranque partem exiget æquę ſubiectā materiā, ſi cut vtrem ſi quis medium laqueo conſtrixerit, animaduertet in vtranque partem excludere ſubiectum liquorem. Et ſi ſupèr foratus caſu fuerit, inci= tatione eiaculabitur quod in eo erit. Eadem ergo ratione cū ſanguis erupt⁹ eſt, qui conſtrīgunt vi magna artus exprimentes, ſanguinem venis ſubie= ctum cogunt magis erumpi per vulnus. Huius rei argumentum eſt, ſi quis ſuper laqueū percuſſerit venam in brachio que eſt animalis, animaduertet

Bb iiij      æquę

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

æquè incitari sanguinem ex ea parte, quām ex inferiore loco cū percussa est vena. Et hoc per se quidem si non viderant medici, meritò essent culpandi, quod negligentes in ancipiti casu hominum essent. Cū presertim Asclepiades etiam pluribus usus sit argumentis in hac re: neque ei quisquam contradixit, quis enim aduersus veritatem hiscere potest? proinde magis sunt custodiendi qui pollicentur salutis custodiam vniuersitatisq; se facturos. Tā inertes autem & negligentes necessaria quidem ad conseruandam vitā humanam, quae per aliorum laborem reperta sunt, studeat scire. Merito itaq; manifeste quidam iugulatur genere quodam incitata eruptione sanguinis ab eiusmodi hominū imprudentia. Et, o bone deus, hī sunt ipsi qui imputat suam culpam medicamentis quasi nihil proficientibus. Sed ad propositum reuertemur

lxxxv.

**F**aciunt enim composita medicamenta ad sanguinis eruptionem, quorū & hoc est: Acaciæ succi. p. vnciæ, ὕποκυσιδός qui est succus rosæ syriacæ, quam caninam quidam vocant. p. vnciæ, balaustium quod est flos malignat quo coriarij vtuntur. p. vnciæ, opij. p. semunciacæ. Balaustū contunditur, siccatur, sicco mortario teritur. Cætera pridie macerata in aqua commiscentur, & diligenter pastilli finguntur. Quidam. p. ✕. i. quidam victoriati denarij dantur ad ætatem cuiusq; ex aquæ frigidæ remissæ cyathis tribus aut duobus. Atque ille quidem pastillus benefacit ad disentericos, id est, torminosos.

lxxxvi.

**A**lter pastill⁹ ad sanguinis eruptionē mirificè faciēs. Tragacāthi. p. ✕. ix. famiæ crete, p. ✕. viij. ceræ ponticæ. p. ✕. ix. glycyrrhile succi (est autem radix dulcis). p. ✕. v. Symphyti succi. p. ✕. xij. Commis. p. ✕. iii. ὕποκυσιδός succi. p. ✕. viij. thurijs. p. ✕. v. aluminis liquidi. p. ✕. ii. opij. p. ✕. v. amyli. p. ✕. vij. myrrhæ. p. ✕. v. croci. p. ✕. viij. plātaginis succi. p. ✕. iii. passi meconii quod satiſ erit miscebitur, fiūt pastilli. Alii. p. ✕. i. alii victoriati dabuntur ex aquæ tepentis cyathis duobus & dimidio.

Ad tuſsim veterem, & destillationes, & suspīria &

inflationes, cum dura habent præ-

cordia, & lienosos, & phtisicos.

lxxxvii.

**C**atapotium, id est, medicamentum quod non diluitur, sed ita ut est deuoratur ad tuſsim quæ cum fluore est. Crocipodo vnciæ, myrrhæ pondo sextatis, opij pondo quadratis. Contunditur circum, percribratur, cōtusæ myrrhæ opium admiscetur aqua exigua dilutum. Postea adiicitur crocū, & cū in vñ benē mixta sunt, finguntur pilulæ erui magnitudinis. Danū in nocte ternæ vel quaternæ.

lxxxviii.

**C**atapotium alterū ad tuſsim aridam. Myrrhæ, piperis, castorei, galbani, storacis, opii, singulorum idem ponderis. Castoreum & piper contunduntur & cribrantur. Deinde myrrhæ antè tritæ cæteris contusis æquè admiscentur.

scentur. Vbi omnium unitas mortario facta est, melle despumato medicamentum comprehenditur: deinde formantur pilulae viciæ magnitudinis. Dantur ternæ vel quaternæ in noctem. lxxxix.

¶ Aliud catapotium ad tuſſim veterem, ſuſpiriū, & phtisi tētatos, lienem, & iecur durum habentes. Idem inflationem tollit, & purgat mulierem, ſi qua ex partu ſubſtitetur. Styracis. p. ✕. vi. myrrhæ. p. ✕. ii. & victoriatī, opopanacis. p. ✕. ii. iris illyricæ. p. ✕. ii. galbani. p. ✕. ii. resinæ terebinthiæ. p. ✕. v. alterci ſeminis. p. ✕. i. nitri. p. ✕. i. piperis albi. p. ✕. i. opii. p. ✕. i. Irīm, altercum, pipet contundere oportet & cribrare, nitrum mortario terere, & caetera pilo commiscere, & poſtea hæc eis adiicere, atq; facere catapotia magnitudinis fabæ. Inde terna vel quaterna in noctem dare ad inflationes in ipsa diſtentione cum aquæ calidæ cyathis tribus. xc.

¶ Paſtillus ad tuſſim, deſtillationem pectoris, pulmones, ad epiphoras oculorum, veſicæ dolorem qui cum fluore conſiftit, vbi ſæpius & non ſine cruentatu vrinam faciunt. Item ad eos qui ſanguinem reiſciunt, aut per vrinam reddūt. Ad deiectionem, tormina, grauedinem, cholera, ſtomachi crebrā nauſeam cum vomitu ſine febre. Et quicquid reprimere & ſiccare oportet optimè compescit. Præterea facit ad omnis partis corporis dolorem, præterea capitis. Quin etiam ſi quando aliquis hoc fuerit inunctus. Alii vitio non erit dandum hoc medicamentum. Cum aut̄ ad omnia quæ ſuprà dixi maniſtē proſit, tu precepue ad initia phtisim habentes benefacit. Multos enim eripuit ex magno periculo interdum bis térye datus hic paſtillus: recipit hec: myrrhæ troglodytis. p. ✕. vi. croci. p. ✕. v. opii. p. ✕. iii. thusi. p. ✕. v. alterci albi ſeminis. p. ✕. iii. apollinaris herbæ radicis corticis. p. ✕. iii. Cōtūditur hic cortex per ſe, & cribratur tenui cribro: deinde crocum, poſtea altercum, myrrha, thus, quibus miſcetur opiu pridie aqua maſeratu: ſubinde aquæ exiguum adiicitur donec fingi paſtilli poſſint. p. ✕. victoriatī. Alij tertia huius ponderis detraccta, dantur in noctem ex aquæ cyathis tribus. Somnum faciunt, dolorem ſedant, ut ſuperius dixi. Oportet autem ex eo etiam catapotia facere, quidam enim facilius ea quam potionē ſumunt, verū non multum intereſt. xcj.

¶ Ad eadem remiſſior quidē paſtillus, ſed non contemnendus, croci, myrrhæ, alterci, opij pondera paria contusa miſcentur, deſpumato attico melle fiunt paſtilli eiusdem ponderis. Dantur ad aetatem eius tres in noctem, licet & hinc catapotia facere propter eandem cauſam, ſed tunc aqua, no mel adiicitur. xcij.

¶ Paſtillus ad tuſſim & ſanguinē reiſciētes, & ſtomachum ſolutū habētes facit, & ad deiectionem, & veſicæ dolorem. apijs ſemen. p. ✕. vi. alterci ſeminis. p. ✕. xi. anethi. p. ✕. xi. opii. p. ✕. vi. croci. p. ✕. iii. roſæ folio / rum arefactorum in umbra. p. ✕. xii. myrrhæ. p. ✕. xii. Semina, & cro-

Bb iij cum,

## DE COMPOSIT. MEDIC.

cum, & folia rosæ contunduntur, cibrantur, myrrha teritur: opū aqua maceratur: omnia in vnum miscentur aqua adiecta: fiunt pastilli victoriati. p.  
alijs tertia parte detracta. Dantur ad stomachū imbecillē habētes & sanguinem reiscentes ex aqua frigida cyathis duobus, cæteris ex calida totidem cyathis

xciiij.

**P**astillæ sex odoribus benefacit ad omnem dolorem. Propriè autem ad tussim. Item pectoris destillationem, & oculorū epiphoras. Facit & ad spiritū, & ad lateris dolorē, & ad phthisicos: & vesica, renibus q; laborantes, vel sanguinē ad vrinā reddentes cum dolore. Casiae, cinnamī, croci, singulorū. p. ×. iij. alterci seminis, apollinaris herbæ radicis, singulorum. p. ×. iij. piperis. p. ×. ij. opij. p. ×. iij. thuris. p. ×. iij. nardi spicæ. p. ×. ij. Veno falerno contusa & trita vtraq; vt debent, consperguntur: fiunt pastilli victoriati. p. Et alijs parte tertia detracta. Datur in noctem prout vires sunt cum aquæ calidæ cyathis duobus aut tribus,

xciii.

**M**edicamentum, quod per cocleariū deuoratur, benefacit ad tussim aridā, & eos qui difficulter glutinosa excreat, & præfocari videntur interdiu. Sed precipue ijs qui lateris dolorem cū febre sentiunt, quos Greci πλευρικού vocant. Liberat enim eos ab omni periculo. Hoc medicamentum Apulei Celsi fuit, præceptoris Valentis & nostri, & nunquam ylli se viuo cōpositionem eius dedit, quod magnam opinionem ex ea traxerat. Est autem hęc quæ cōponitur tribus rebus his. Piperis nigri electi & pōderosi granis duobus, myrræ troglodytidos. p. ×. ij. mellis attici despumati libra. Piper cōtunditur diligenter & cibratur, myrrha teritur mortario curiose: & postea vtraq; in vnum miscentur: deinde mel adiicitur. Dantur coclearia quina vel sena. Pleuriticis etiam plura saepius, & cū interuallo dare oportet: & maximè cū tussiunt, aut præfocari videntur, & difficulter spirant: siueno. Et siue interdiu. Protinus enim excreant ea quæ obstant transitui spiritus, & tussire desinunt.

xcv.

**A**lterum medicamentū ad tussim aridam. Nasturcij animati seminis. p. vncia, alterci seminis. p. vncia, opij. p. vncia, myrrhæ. p. vncia, croci. p. le. mūcia, sulphuris viui. p. semuncia, piperis albi. p. quadrans. Melle colligitur medicamentum. Datur fabæ ægyptiæ magnitudine ex cyathis aquæ tribus in noctem. Facit autem hoc medicamentum ad lateris dolorem & ad stomachi inflationem, grauedinem, coeliacos qui subito vniuersa deiisciunt. Prodest & dolentibus superpositū & circundatum denti, & si exesus est, in cæuernam eius infertur. Tollit præterea horrores febrem precedentes: tū, cum hęc circuitum certum habet datum ante horam, diutius corpore perfricato ex oleo calido. Prodest & illis qui sine horrore circuitibus febrium vexantur. Quamobrem ἀετίπερας hæc compositio dicitur.

xcvi.

**A**liud ad tussim aridam, & glutinosa excreantes. Purgat etiam interane-

as

neas vomicas, suppurationes, lini seminis, vrticæ seminis, nasturcijs seminis, iris illyricæ radicis æqua pondera misceri oportet, & cum melle despumato, quantum satis sit: & frequenter oportet cochleario dare.

Antidotos hyera Pacchij Antiochi ad vniuersa corporis vitia,  
maximè lateris, & ad podagram.



D lateris dolorem, siue cum febre, siue sine febre fuerit, compositione mirifica, non ignorata quidem ab antiquoribus propter effectus, sed præcipue à Pacchio Antiocho auditore Philenidis Ca-  
tinensis vsu illustrata. Fecit enim magnos quaestus ex ea propter cre-  
bros successus i vitijs difficilimis. Sed ne hic quidē vlli, se viuo, cōpositionē dedit. Post mortem aut eius Tiberio Cæsari per libellum scriptum ad eum, & bibliothecis publicis posita venit in manus nostras, quam antea nullo modo extrahere potuimus. Quamuis omnia fecerimus ut sciremus quae esset. Ipse enim clausus componebat, nec vlli suorum committebat: plura enim quam recipit ipse met contūdi iubebat pigmenta, fallendi suos causa. Hanc postea nos sciuiimus, quae ut sanè, & libello ipse fatetur non à se inuen-  
ta, sed vsu exactiore comprobata ad quae vitia & cum quibus, & quemadmodum data proficeret. Etenim non ignota, ponderibus tamen antiquis, aut adiecit, aut detraxit. Et res quae in hac cōpositione sunt, nō vtiq; con-  
ueniūt ad antiquas. Interdum enim earum quædam plures etiam numero accipiunt, atq; ideo non idem præstant, cum interim hæc mirifica tempe-  
ratura composita mirificos effectus habeat.

¶ Facit hoc verò medicamentum non solum ad lateris dolorem, sed etiam ad plura vitia efficaciter. Quamobrem semper habeo id compositum. Per-  
curram autem q̄ breuissimè, ad quae vitia, & qualiter datū prosit, ut etiam in libello eius scriptum est, & ego magna ex parte īā expertus sum.

¶ Sanat ergo morbo comitiali correptos, quos οὐαντικούς Græci vocat, fu-  
tiosos, quos μανικούς dicunt. Item sanat, quibus subitis tenebris obscu-  
rantur oculi cum vertigine, σκοτωμανικούς hos Græci appellant. Nec minus  
dūtino correptos capitīs dolore, quem κεφαλαιρία appellant. Prodest da-  
ta p. X. diuum ex aquæ mulse cyathis quatuor, cū remissi fuerint. Et si fre-  
quenter quidē corripiunt, post binas ternas ve accessiones danda erit antido-  
tos Hyera, hoc nomē enim tribuit ei duas propter causas (ut existimo) Vnā,  
neeius nomen verū dicendo, ostenderet quae esset (Dicitur enim à quibus-  
dam τίκη & quia amara est: à quibusdam Διάκολοκυνθίδι) Alteram, quod ma-  
gis sub tanta specie nominis commendaret medicamentum. Sed si ex lōgo  
interuallō accessionib⁹ vexabuntur, in remissione dolorum sæpius dan-  
dum erit medicamentum. Ita enim aut ex toto remedio est, aut certè minu-  
itur cotidie impetus vitiōnū & sedatur, interualla q; maiora accipit, & hoc  
ipso oportuniōres fiunt ad veratri potionē, qua maximè hæc vitia tollun-  
tur.

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

tur. Dare autem his oportet secundum purgationem (bis enim aut ter spuma & glutinosa deisciunt) ptisanæ cremorem, olera lenia ex virtu, & patho malua facta: torpedine interdū admixta, & cū exiguo pane, aquāq; potui.

**F**acit bene hæc compositio ad susprium, & ad vocis abscisionem, & subitas præfocationes ex qualibet causa ortas, & ad eos qui sæpius existimatur ab incubone deludi. Vsq; eo tamen vexantur, vt interdum vitæ periculum adeant (est enim vitium non contennendum) vtique in processa ætate. Quibus dandum erit medicamentū, proximo die eius noctis qua correpti sunt, cum interuallum à somno fecerint, & quod satis est ambulauerint, ex aquæ hyssopum aut marrubium incoctum habentis cyathis quatuor vel quinque. **X**. p. j. vel vnius & victoriati, prout res postulauerit. Deinde post horas treis quatuor' ve tremor ptisanę detur,

**F**acit & hoc medicamentū adeos, quorū musculi maxillares cum maximo dolore tensi sunt, adeò vt aperire os nullo modo possint **τετρανόη** hoc vitium Græci dicunt. Item facit ad deprauatam faciem in utramlibet partem, **κυνηγοὶ τασσοὺς** hoc idem appellant, genus morbi. Præcipue vero ad pectoris, & lateris dolores prodest ex qualibet causa factos, siue latente & occulta, siue manifesta: vt ex iictu, casu, conatu alioquin supra vires, vel pondus supra modum portatione, vel contusione quæ frequenter gladiatoriibus accidere solet in luctationibus, & eorum maximè sauciatis. Nec minus a bore alta delapsis, vel scalis deuolutis, excussis à rheda vel curriculo, atq; tractis. Sed his, id est, manifesta ex causa vexatis, cum acethi cyathis tribus quatuor' ve dādaerit antídotos. Illis verò qui ex occulta causa laborant ex aqua mulsa proderit. Præterea neruorum tensionibus mirificè conuenit. **Q**uamobrem facit & ad tremulos, & syderatione tentatos utrilibet, vna enim ex contractione, altera cum remissione neruorum conspicit, **θέλων** hoc utrūq; vitium Græci appellant. Ad quod etiam cum correpti sunt prodest ex aquæ mulse cyathis tribus quatuor' ve datum medicamentum. **X**. p. j. vel vnius & victoriati, admixto pondere victoriati castorei. Prodest & ad articularem morbū, quem **δισπήτης** vocat, ad spinam, & totius lumborumq; dolorem, ex aqua mulsa datur ad vires cuiusque. Item ad podagrum beneficit, nam & in presentia detractione ipsa leuat, & in futurum omni molestia liberat. Dīmidio enim celerius sanantur qui acceperunt medicamentū, quam prius solebant.

**Q**uid dicam? duritias in mammis mulierum cum dolore consistentes, quas nullum medicamentum leuat, quemadmodum ex toto imperceptuum interdum sanat, quas plerique medicorum insanabiles adfirmant, **κρύψιμα**, & **κακοῖς** appellantes. Poteram nominare honestas foeminas, quas aut ille, aut ego hoc medicamento sanauimus: nisi crederem fidei ha-

bere

bere nobis alioquin, ipse tibi iam dixisse.

ciiij.

**I**llud verò supra omnium opinionem est, quod ad stomachicos euidéter conuenit, cum sit virofissimum medicamentum aduersus stomachum, ne ad lenia quidem, & simplicia medicamenta aptè dispositum. Sed videlicet in eiusmodi rebus potentior usus ratione est, expertus enī unusquisq; intellegit stomacho quoq; hoc medicamentum eximè prodeesse.

ciiij.

**R**emediat enim eos, quibus frequenter inacescit cibus, & eos qui assiduè inflationibus urgentur, vel dolore eius vexantur, aut assiduè naufragant aut saliva abundant, vel inedia consumuntur, stomachumq; ita solutum habent, ut ex eo varios liquores subinde respuant consentiente capite, ut nullum genus cibi continere possint. Item ad bilē atram generantes, quos μελος χαπικης appellant benefacit. Oportet autem non continentibus cibos secundum vomitum protinus oleo perunctis, & diutius presse fricatis dare medicamentum. **X. p. i.** ex aquæ cyathis tribus: deinde artus constringere, & interdū olfactarijs reficere, & cōmanducatione oliuarum contusarum, earumq; remunq; stomachum constringere solent interim subrectos recubantes: deinde cum deiecerint solutis vinculis rursus perungere, & fricare totum corpus. Atque ita varietate apta ciborum stomachum proritate, ut halica exmulso, malorum cydoniorum succo facta, vel ex granatorum per se malorum, vel si quos magis delectat ex frigida posca: secundum quae, apala oua proderūt, & intubi cocti vel crudi ex aceto. Itē lactucæ caules cū folijs exposca decocti, conchula marina, purpuræ murices, pelorides, volua pomorum, sorba mala orbiculata, scädiana, pira, crustumina segnina olla reposita: item vasa ex olla. Hæc enim & huiusmodi quae sunt, confirmant stomachum, quibus & insequentibus diebus ut oportebit paulatim ad cōsuetudinem progredientem: donec propè omni molestia ægri liberentur.

cv,

**E**st stomachi vitium quod cum siccitate & ardore eius, & inrequiebili (vt ita dicam) & iextinguibili siti consistit: ζενον Græci vocant, ab eo quod exiccat omnē stomachi humorem. Scimus quosdam vrnas aquæ bibisse, neq; ideo sitim aliqua ex parte in præsentia compescuisse. Ad hoc. **X. p. i.** vel victoriati datum ex aquæ cyathis duobus frigidæ, ita prodest ut facile abstinere ab aqua proximis diebus possint. Lienosis verò ex posca, & iocine rosis duritiam habentibus diutinam ex aqua mulsa satis conuenit. Nec minus hydropicis quibus datur eadem ratione. Sed his per cōplures dies oportebit ptisanæ cremorem sine villo liquore dari.

cv.

**P**rodest cōpositio hæc & colo inflato, & ceteris intestinis. Futuras quoq; vel iam factas vomicas iisdem partibus aut discutit, aut celerius aperit. Itē menstrua mouet mulieribus, quæ difficerter purgantur. Dandum autem erit his ex qua medicamentum. In aqua decoquitur herba quæ artemisia dicitur, aut quam Δικτυων appellant. Etiam ad papulas & sacrum ignem,

vel

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

vel quam zonam vocat benefacit ex aqua mulsa , detracto prius sanguine, si res postulauerit: ut & in alijs omnibus superius dictis faciendū est. Oia enī auxilia adhibēda sunt, quæ ex vsu pdesse eis cōperta habemus: quia facilius adiuta antidotos adiuuabit, & effectus exhibebit. Recipit autem hæc: Ste cados, marrubij , *χαμαηγυθ*, quæ herba similia quercus folia habet, aga rici, cucurbitulæ sylvestris, quam *κολοκυνθιδα* appellat, singulorum. ✕. p. x. opopanacis, sagapenii, petroselini, terræ malii, piperis albi, singulorū. ✕. p. podo. v. cinnami, nardi spicæ, myrrhæ folij, croci, singulorum. ✕. p. iii. in unum omnia ponderata contunduntur & cribrantur. Præterea opopanaces & sagapenum: hæc enim mortario teruntur, adieicto melle tenui, id est, q̄liquidissimo: deinde cæteris miscetur, quæ & ipsa recipere debent tam mellis, quantum satis erit ad comprehendenda, & continenda ea. Reponitur medicamentum vaso vitreo. Datur vt suprà diximus ad cuiusque vires, & est prorsus sacrum, vt autor huius nominis appellat. cvii.

**S**i quando autem efficaciore eo voluerimus vt propter difficultatem naturale vitorum, aut diuturnitatem: vt in furiosis, aut comitali morbo coruptis, vellumborū perpetuum dolorem habētibus, podagra correptis vaſtius, cucurbitæ sylvestris adiçimus ad superius dicta pondera. ✕. p. xx. opopanacis atque sagapenii, singulorū. ✕. p. triū. Quāobrem vtraq; para ta debent esse medicamenta: vt cum opus fuerit, vſus alterutrius in promptu sit. Illud vtq; credas interim velim mihi, dum in alijs expertus persudeā, hoc medicamentum non solū nō nocere stomacho, verū etiam reficeret & confirmare eum supra omnem opinionem.

Ad stomachi dolorem & inflationem, &  
cætera vitiæ interius. cviii.

**M**edicamentum quod propriè aduersus solutionem stomachi facit & fluorem eiusdem. Maximè verò cū nihil cibī retinere possunt, sed quicquid datum est reiçunt. Mastiches chiaæ candidæ pondo libra, tragacanthi albi pondo libra, apollinaris herbæ radicis vncia. Contunditur tragacanthum cum radice: postea mastiche adiçitur. Reponitur in vitreo vase. Dantur cum opus est cochlearia tria secundum vomitum perse factum ex aquæ frigidæ cyathis tribus.

Ad stomachi dolorem & inflationem. cix.

**P**Almarum. ✕. p. xl. anethi. ✕. p. iiiij. croci. ✕. p. duum, git. ✕. p. duum, & asari. ✕. p. duū, murti nigrae baccarum. ✕. p. iiiij. juniperi grana numero viginti. Contunduntur seorsum omnia, & in vnu miscentur: deinde fiunt pastilli. ✕. p. i. alijs victoriati. Dantur ieiuno ex aquæ cyathis quatuor, aut ex cretico musto, quod est passi genus. cx. Medicamentum siccum ad stomachi inflationem, & dolorem, & inediā. Mouet vrinam: ideo que facit & ad hydropicos, & iecur durum habenteis, + aurigine

autigenem, quam quidam regium, quidam arquatum morbus vocant. Refertur in Musam Antoniu. Recipit autem haec: Aloes. p. assis trientē, croci, cinnami, nardi syriacē spicē, asari, xylobalsamī, mastiches chiāe, singulorū. X. p. viij. Tunditur, & vitro reponitur. Dantur cochlearia duo vel tria ex aquae cyathis tribus.

Compositio. lxxij. que superius defuerat, hic ex Galeno septimo de

compositione medicamentorum κατόπιν citante

Scribonium Largum sic restituta est

ab Io. Ruellio.

**A**ltera Scribonij Largi, quae quod sub lingua teneatur ἡργλωσίᾳ appellata, facit ad abscisionem vocis: Radicis dulcis. X. p. viij. myrrhae. X. p. xxiiij. terebinthinæ. X. p. xxxij. tragacanthæ. X. p. xxxvij. singula siccata seorsum tūdito & cernito, resina q̄ in pilam coniecta excipito. Vbi in unitatem coierūt, in formulas digerito, quae ægyptiæ fabè magnitudinem æquent, & in umbra siccato: cūmq; vsus poscet, vnam aut alteram sub lingua tenendam dato, vt ellipescens deuoretur. Medicamentū tuopertet cū res exiget, celeriter effingere, siquidem confessim exiccari solet: quapropter in promptu terere conuenit medicamenta cum in pastillos coges. Hæc Galenus ex Scribonij Largi sententia.

Ad coeliacos, & torminosos, & ventrīs diutinum dolorem. cxj.

**A**nd coeliacos, id est, qui subito & multa deiiciunt. Item & ad aluum citatam, & interdum lenia tormina. Sorborum aridorum contusorum sextarius unus, rhus syriaci coquuntur sextarij duo, malagranata recentia decem, item mala cydonia decem. Hæc utraq; incipiuntur in sapam factam ex musti adhuc in dolio feruentis sextarijs triginta sex, ad duodecim sextarios decoctam, donec malorum coria percoquantur, vt sint madida. Deinde teruntur hæc fistili mortario, vt grana comminuantur, quibus deinde cydonia admiscuntur, & æquè teruntur. Postea rursus & sorba arida admiscetur, cribrata curiose sapæ quoq; residua est, & omnibus in unum bene coactis. Reponitur medicamentum in vitro va se. Dantur autem inde ieiunis in diem ligulæ binæ vel ternæ per se. Sin autem grauior morbus insedit, hic datur. cxij.

Pastillus ad coeliacos & torminosos optimè faciēs: Balaustij hypocystidos pridiē aqua macerati. p. sextans, alterci seminis, cretæ famiæ, singulorū. p. vñcia, vino myrtite adiecto, fiunt pastilli. X. p. vnius, aut victoriati. Dantur ieiuno sine febre ex vino myrtite, aut signino, cyatho uno cum duobus aquæ mixto: febricitantibus, ex aquæ cyathis tribus. Hoc etiam, incitata libidine ipsius morbi, pastillus, siue plures diluti aqua calida, vino, oleo, per clysterem immittitur, statim somnus consequitur quoties desurrexerint torminosi, qui grauiter adflicti sunt, & utiq; prodest.

Alius pastillus ad torminosos efficacior. cxij.

Cc Acaciae

## DE COMPOSIT. MEDIC.

**A**Caciæ. ✕ . p. quatuor, croci. ✕ . p. duū, gallæ. ✕ . p. viij. hypocy-  
stidis. ✕ . p. iiij. lycij. ✕ . p. iiij. myrrhæ. ✕ . p. iiij. r̄us quo coqui-  
vtūtur, nardispicæ syriacæ, aloes, singulorū. ✕ . podo duū, anēs,  
cominīs, singulorum. ✕ . p. quatuor, piperis nigri. ✕ . p. duū. Tunduntur,  
teruntur, cibrantur, ex succo caulicularū rubi, velex vino signino collynj  
tritura. Cum fuerint hæclenia, aut vngui nulla pateat aspritudo, singūtūr  
pastilli. ✕ . p. j. alijs podo vīctoriatī. Datur vnum ieiuno ante meridiem, al-  
ter in noctem ex aqua si febreserunt: ex vino signino, si sincerè corpuserit.  
Hoc efficax est medicamentū, & si cætera quæ debent, sentiente eius vale-  
tudine, rectè adhibita fuerint, vtq; sanant. cxiii.

**P**astillus item qui clysterio immittitur torminosis per anum, cū sordida,  
& sanguinolenta eiſciūt, id est, cum intestina eorum cancer occupauit, quo  
quasi cauterio tunc tantummodo vtioportet, alioqui nocet. Ideo q; à qui-  
busdam ignorantibus eius vñis accusatur, quasi nocuus. Recipit aut̄ hæc  
Chartæ combustæ cineris. ✕ . p. trigita, calcis viuæ. ✕ . p. xxiiij. apotinkis,  
quod est auripigmentū. ✕ . p. xij. sandaracæ. ✕ . p. sex. Hæc trita vno cō-  
sperguntur, in quo rosa & letes prius incoquuntur, vt possint fieri pastilli. ✕ .  
p. duū aut vnius. Cū opus est teritur vnu pastillus, & immittitur per aquā  
decoctam eosam & lentem habentem, si febricitabunt. Sin minus, ex vino  
eadem incocta habente. Facit & murti fasciculus cum oleastrī, vel oliu-  
ramulis, vtrorunq; modo prout res exigeret, incoctus. cxv.

**P**otio autem, id est pastillus cum immissus fuerit, medicamentum sic cō-  
uenit in nocte. Myrrhæ. ✕ . p. duū. Lycij.. ✕ . p. iiij. thuris ✕ . p. j. opij. ✕ .  
p. duū; aloes. ✕ . p. duū. acaciæ. ✕ . p. iiij. murti, baccarū nigrarum. ✕ .  
p. xvij. ouorum ex acetō coctorum vitelli duo. Hæc trita vno surrentino  
consperguntur, & fiunt pastilli. ✕ . p. j. Dantur febricitantibus ex aqua cō-  
athis quatuor, permixti surrentini vni cyathis duobus. cxvi.

**A**d ἔλεον, quod vitium est inflatio tenuium intestinorum, facit bene gal-  
banī podo vīctoriatī, deuoratur in pilulas diuisum duas vel tres. Mouet &  
ructum, & interdum deicet ventum deorsum, atq; ita prodest. cxvii.

**A**d idem vitium mirificè prodest hoc medicamentum: Facit autem ad la-  
teris dolorem, & ad omnem partem corporis, dauci seminis, panacis radi-  
cis, castorei paria pōdera, ruta syluatice dīmidiū, tritis vel cōtulisi mel deco-  
ctum adiicere oportet. Inde dare. ✕ . p. i. aut vīctoriatī, ex aqua calda cō-  
athis tribus. cxviii.

**F**acit & ad huiusmodi per anum immissum fœnum græcum, id aqua be-  
nē coquere oportet, atq; inde sumere heminam. Item in oleo domestico in-  
coquere rutam q; plurimam, & hinc caldam heminā adiicere priori aqua,  
quibus vtrisq; admiscere aphonitri triti sescunciam, & ita per clysteriacal-  
dam immittere. Hoc ego iam stercus per os deiūcientem (quod si non mor-  
tiferum

tiferum est) sanauit vnguentarii cuiusdam seruum. Est autem vitium ἀλεος periculosisimum, & ideo inter precipua refertur. Quamobrem non vitio cum magna fiducia ad hoc genus vitii aggredi debemus.

Ad colic dolorem etiam vetustum compositionum genera

experta, que in totum persanant.

cxix.

**A**D colic inflationem benefacit cumini sylvatici semen per se, ut est, datum, quantu cochlearia tria in aquae calde cyathis quatuor. cxx.

Nam Cassij medici colice bona multis nota propter effectus, vera hec est, ut ab eius seruo Atumeto accepi, legato Tiberij Caesaris: quia is ea solitus erat ei componere. Apud seminis podo selibram, anesi podo quadratum, castorei pondo sextantem, myrrhae pondo quadrantem, spicæ nardi indice pondo sextantem, opij pondo quadrantem, croci pondo fescunciam, piperis longi pondo sextantem, piperis nigri pondo sextantem semunciam, petroselini pondo sextantem, schoeni pondo fescunciam. Hec omnia contusa cibrata, melle attico decocta miscentur. Datur ex hoc medicamento, quantum nux abellana media patet, ex aquae cyathis tribus calidæ. In ipsis doloribus statim prodest. Item medicamentum cerati ex malabathro facit ex duabus partibus, & cere vnius mixtum, & extra impositum in ventrem totum. Præterea benefacit & ad stomachi inflationem, & ad susprium, & ad iocineris dolorem, tussim, distillationem.

cxxj.

Colice mirifica Iulij Bassi, citò leuat: deinde tollit inflationes coli & omnis partis corporis. Facit & ad stomachi imbecillitates, & ad intestinorum alioquin dolorem, quem Græci σφοφη appellant, ex aqua hyssopum, aut rutam decoctam habente. Item benefacit ad sanguinem, & ex interiori parte. Non enim patitur latefieri nec intus vulnus couerti: sed citò supprimit sanguinem, & vulnus cogit coire. Dandum autem his medicamentum ex aqua, αλιση coctum habete, aut rutam. Prodest & torminosis, & coelacis, datum ex aqua centunculum herbam incoctam habente, quam Græci γυαραδια dicunt, vel sorba, vel siliquam syriacam. Lienosis datur ex mulso vel passo aquæ mixtis. Eodem modo dandum est & eis qui sanguinem per vrinam vel aliu reddunt. Nec minus etiā mulieribus que fluite sanguinolento infestantur, quod οὐεὶς ξενίζονται Græci dicunt, vel ex partu abortive, quæ residuos vulvae dolores habent: & in totu quibus supprimendus est fluor, aut ex aliqua parte corporis inflatio tollenda. Recipit autem hec: Spicæ nardi, costi, piperis albi, piperis nigri, piperis longi, myrrhae, opij, apollinaris radicis, & cinnami, asari, acori, thuris, brassicæ seminis, castorei, singulorum. ✕. p. xij. opanacis. ✕. p. x. stœchadis, dauci, amij, singuloru. ✕. p. xvij. seelis cretici. ✕. p. xxij. mel atticum miscetur, datur no plus q. ✕. p. aut victoriati. Cæteru prout cuiusq; vires postulabunt, dummodo infra hoc pondus ex aquæ caldæ cyathis tribus in noctem se-

Cc ij cundum

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

cundū cœnam. Hęc potio etiam febricitantibus tutò datur: sed cœliacis in  
ipso dolore prodest. Vitreo vase seruat. cxxij,

**A**d colī dolorem faciunt quidem mirificè quæ superius posita sunt, sed  
cætera medicamenta in aliis vitiis dolorem leuant in præsentia, hoc verò  
quod dicturus sum, supra hominis spem conditionēmque est. Ideo primum  
pore ne fidem quidem habet, postea à nullo satis dignè laudari potest.  
Nam & in præsentia dolorem tollit, & in futurum remediāt, ne eū vñquā  
repetat. Rarò enim quis iterum, vel ad summum tertio, hoc accepto me/  
dicamento, vexatus est. Quamobrem si quando repetierit iterum dolor,  
dandæ erunt per triduum & tunc potionēs, eodem modo quo primæ da-  
tæ fuerint. Interdum & tertio in dolore eodem genere potionēs dabun-  
tur: quod accidit post hanc, vt iq; in futurum quoq; remediatur, ita vt ne se  
spicio quidem vlla relinquatur vitiis. Si quando tamen frigus, aut multitu-  
do cibi præcesserint, grauitatem quandam, & priorē eius loci sine vyllo dole  
re sentiunt planè, vt intellegat quasi, quanto malo caruerint. Hoc medica-  
mento muliercula quædā Romæ ex Africa multos remediauit. Postea nos  
per magnam curā cōpositionē accepimus, id est, precio dato quod deside-  
rauerat, & aliquot non ignotos sanauimus, quorū nomina superuacuū est  
referre. Cōstat autem medicamentū ex his rebus: Cerui cornua sumuntur,  
dum tenera sunt, quasi in taleas breueis diuisa, olla fictili componuntur,  
operculo q; superposito, ex argilla vndiq; circūdata, fornace vruntur, donec  
in cinerem candidissimum redigantur: atq; ita in vase vitreo mundo repo-  
nuntur. Cum dolorem habet aliquis, pridie, quām poturus est medica-  
mentum, debet abstinere ab omni re: atq; ita postero die sumuntur ex cor-  
nib; cochlearia tria cumulata, satis ampla: quibus miscetur piperis albi gra-  
na nouem trita, & myrrhae exiguum, quod odorem tantummodo præsta-  
re possit. Hęc cū in vnu cōmixta sunt mortario diligēter, cochlea verò afri-  
cana, id est, ide adlata sumitur q; potest amplissima, & viua mortario cū sua  
testa cōtunditur, atque vt est teritur: donec nullum vestigiū appareat testu-  
larū. Postea vini falerni non saccati cyathus adiūcitur, & nihilominus rur-  
sus teritur. Magis enim tunc apparent residendo amplitudines, si quæ reli-  
quæ sunt: quibus leuat, iterum adiūciuntur cyathi duo eiusdem vini, atq;  
ita prioribus bene admiscentur: transfunditur q; cum his quæ sunt in mot-  
tario, calice novo, & supra carbones imponitur, mouente aliquo cochleario  
liquorem, ne quid subsidat & peruratur. At vbi bene incaluerit, inſeruntur  
in eundem calicem quę suprā dixi cochlearia tria, & permouetur. Cum au-  
tem calore temperata & potio datur abducēda, statim dolorem leuat. Hoc  
facere oportebit per insequens biduum, capientem cibi in prandio, aut alio  
tempore exiguum, quod facile conficiatur, ne crudus sumat medicamen-  
tum. Postea in consuetudine victus sui, qui colo infestabatur, dimittatur.

Oportet

Oportet tamen non indifferenter remedios in futurum vivere, tametsi enim a coli dolore tuti sint, metuere nihilominus debent, ne alia parte corporis a quoque adficiantur ad intemperantiam coli antequam remediati erunt.

Ad tumorem, dolorem iocineris & duritiem. cxxij.

**A**d tumorem & dolorem iocineris, item ad duritiem facit bene lupi iecur primū in aqua feruēti dimissum, atq; ita a refactū. Quātum victoriatorū pondo trium ex aquæ caldæ cyathis tribus per aliquot dies dabis. cxxvij.

Item benefacit ad duritiā iocineris veterē cunillæ aridæ quam saturat, quidam vocant, cōtusæ. ✕. p. vnius, vel victoriati, cum mulsi cyathis duobus & totidem aquæ. cxxv.

Proficit mirifice hæc compositio ad tumorem, & ad dolorem cum duritiā iocineris & lienis. Item ad reniū dolorem benefacit. Nam colorē corporis restituūt, qui propter vitia dictarū partium corrumpitur, pallidusque conspicitur. Prodest hoc item medicamentum etiam ad aquæ mutationes, croci. ✕. p. x. nardi. ✕. p. duum, casiae. ✕. p. duū, costi. ✕. p. j. schoeni. ✕. p. j. cinnami. ✕. p. j. myrrhæ stacte. ✕. p. j. mellis optimi. ✕. p. xxv. Datur quantum faba ægyptia, in musti mulsi cyathis quatuor. Vitreo vase seruatur. cxxvj.

Ad iocineris duritiā veterem, hydroponicos, lienosos, arquatos, & quibus opus est vrina. Item ex partu residua mulieri purgat, & vulnæ dolorem tollit sic. Anesi. ✕. p. viij. dauci. ✕. p. iiij. petroselini, itē iuniperi, item siliis, traganthi. p. selibra, panacis. ✕. p. viij. iris, myrrhæ, costi, amomi, singulo / rum. ✕. p. vij. cumami. ✕. p. iiij. casiae. ✕. p. iiij. smyrnijs, quod est semen olusatris. ✕. p. viij. nardi syriaci. ✕. p. iiiij. acori. ✕. p. x. balsami seminis. ✕. p. vij. opij. ✕. p. v. erui moliti sextarij bes, scyllæ coctæ pondo triens, vini chij aut lesbij quod satīs erit. Pastilli fiunt. ✕. p. duum.

Ad auriginem. cxvij.

**A**d auriginem, quod vitium arquatū quidam vocant, capreæ montanae sterlus arefactū & tritum, adiecta mica myrrhæ, ex vini merri cyathis tribus: si febricitabunt, ex aquæ totidem. Item ramicis radices tres aquæ tribus heminis incoctæ, donec sextarius relinquatur, inde cyathi quatuor per triduum dantur.

Ad lienosos veteres & nouos in pubium puerorum. cxxvij.

**L**ienosis benefacit tamaricum longè à mari collectū, & arefactū, & contusum. ✕. p. vnius aut victoriati, datū ex aqua, vel ex posca. Prodest & inula arida campana eode modo contusa & cribrata, ex vini mixti cyathis quatuor. ✕. p. vnius data. Mirificè facit & ammoniacæ guttæ. ✕. p. victoriati, cū cauliculis tribus rubi ex aceto datum per dies quinq;. Tollit enim ex toto duritiā. cxxix.

Cc iiij. Potio

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

**P**otio ad lienosos, balani qua vnguentarij vtūtūr.  $\frac{1}{2}$ . p. duū, costi.  $\frac{1}{2}$ . p. vnius, capparis radicis.  $\frac{1}{2}$ . p. i. hedere nigre baccarū.  $\frac{1}{2}$ . p. duū, <sup>et</sup> scyllæ coctæ quam syluæ matrem vocamus.  $\frac{1}{2}$ . p. victoriati, galbanī.  $\frac{1}{2}$ . p. viij. cardamini nigri, id est, nasturcijs seminis.  $\frac{1}{2}$ . p. duū, & victoriati, piperis nigri.  $\frac{1}{2}$ . p. i. scyllæ coctæ.  $\frac{1}{2}$ . p. xiij. Hæc omnia colligūtur scylla, frūt globuli. Dantur.  $\frac{1}{2}$ . p. duū vel vnius ex melle & aceto mixtis cyathis quatuor aut tribus. Eadē facit ad hydropicos bene, ex aqua mulsa vrinā mouet.

**L**ienosos sanat extrā impositus sinapis sextarius vnum detritus, adieicto sextario vno lenti aceto coctæ. Oportet aut̄ impositū esse medicamentū, donec dolorē pati non possint: postea solio caldo dīmittantur, ut plures eos contineant dum desinat dolor, alioquin exiliēt: maior enim fit dolor calda tactis, postea ceratum ex rosa imponere oportebit.

**A**liud eadem ratione impositum melius facit. Sinapis sextarius, git cyathi duo, nasturcijs cyathi quatuor, myrobalani corticis cyathi quatuor, piperis cyathi duo, sinapi aceto acri pridie maceratum, deinde tritum, cōtusum cæteris miscetur: in panno inlītum medicamentum imponitur, fascia quām longissima alligatur plurimū in vnum commissa, quā tardius soluatur. Hoc est efficacissimum, & multorum annorum tollit duritiam. Sed post hoc si quæ reliquæ remanserint, ammoniaco tollendæ erunt & rubo.

**I**nflatibus lienosis dare oportebit aquam, in qua candens ferrum dimisum, vel lac caprinum, capra tantummodo hedera pasta. Proderit & his simis sicca, contusa, cerato mixta, extrā impositū & gypsum aqua cōspersum, & acetum in quo tamaricum decoctum fuerit, vesica abditum, & ita extrā impositum.

**A**d hydropicos.

**A**D hydropicos, cum iam distentis sunt propter aquæ multitudinem (initio enim alia via prodest) benefaciūt chameleq, que herba est similima olinq, folia quinq, vel sex, etiam si arida fuerint datae aquæ mulsa cyathis tribus, salis cochleario adieicto: largiter enim aquam ducit. Item squamae æris, quam <sup>et</sup>  $\frac{1}{2}$ . Græci vocat podo victoriati, data cū apij seminis pari pondere ex aquæ mulsa cyathis quatuor: plurimum autem aquæ deiicit. Datur & radicis succus ex vini cyathis tribus mixtus. Oportet verò secundum purgationem spongij nouis totū ventrem ex aceto & sale eiusdem mensuræ diluto & inferuefacto imponere, & constringere extrā instita longa, cibosq; assæ carnis dare, cum pane azymo, fricātem totum corpus sale, oleo, paribus mensuris, vini meraci quod sati erit datum.

**B**enefacit ad hydropicos hæc compositio, & maximè in initij, quorum sufflatum corpus est, <sup>in</sup>  $\frac{1}{2}$ .  $\frac{1}{2}$ . quod Græci vocant, vitis albæ radicis.  $\frac{1}{2}$ .

xx.

xx. Coccī cnidij. ✕. p. iiiij. scyllē bulbī cocti detracta exteriore parte. ✕. p. x. myrræ. ✕. p. viij. cymīni cyathis tribus, anesī cyathis tribus, vīni faler ni sextarijs duobus, passī sextario vno. Præter myrrham, omnia cōtusa, nō cribrata, macerātur passo & vīno, nocte & die: postridie colatur liquor, cui myrrha trīta admīscetur, à quo cyathus datus à balneo alternis diēbus, sīn gulis adiectis cyathis, donec profectus intelligatur. Oportet aut̄ his diēbus dare eis cibos assae carnis agrestis, aut volucrū, aut vīnū austērū meraculū.

Aluum mollientia.

cxxxv.

**O**nīā interdū respotulat & per aluū defrahi materiā, vt dūti⁹ līppiētibus, secūdū sanguinis detractionē, scabiē, ignē sacrū, papulas habentibus, & alia eiusmodi circa cutem summā, non alienum iudicauimus, horū quoq; genus exponere. Sed prius expōnemus, quæ aluum mediocriter molliunt, simplicia quæ sunt. Mollit ergo aluum herba mercurialis lenibus oleribus q̄ plurima mixta: itē nītri victoriati pōdus, cum resinæ terebīthinæ auellanæ nucis magnitudine deuora/tur: calices quoq; eis incrustētur, additis quīnq; vel sex salis farrisq; granis, apīj semīnis paribus mensuris: & is qui vīnū nō austērū præbiberit, quātū possit ante cibum, & inter prandium, vel cænam belle aluū mollit. Item ouilli lactis sextario si quis adiūciat cnici purgati. ✕. p. iiiij. Mollit & ven-trem quidem tribus heminīs vīni vt aloes victoriati pondo, vel idem pondus duobus tribūsve sextarijs vīni, & ita totū per partes aqua mixtum bibūt. Vīdetur autem vīnū vetustius, vētrem' q̄; cum eo satīs mollit. Facit autem aloes per se victoriati, vel. ✕. p. ex aquæ cyathis tribus frigide vel calidæ perductæ.

cxxxvi.

Purgat ergo belle chamælea, quæ herba olivæ folia similā habet: quorū quīnq; vel sex dare oportet, trita ex aquæ mulsæ cyathis. iiiij. frigidæ si ad-suetus erit: si minus, calidæ, adiecto cochleario. Detrahit enim aquā largiter. Biles purgat, & filicis radix lota & rasa, atq; in minimas particulas cōcisa, quantum placet aceto aspersas condito, vt solet: ita cum pondo quādrante consumpta.

cxxxvii.

Bene purgat & hæc compositio, aloes victoriati pondus, colofonię victoriati pondus, vīnā teruntur, adiūcitur mellis quod satīs est ad colligenda ēa. Datur ex aquæ calidæ vel frigidæ cyathis quatuor. Hoc medicamentum stomachum non corrumptit.

Globuli mirificè purgantes, qui vt sumuntur, ita integrī deiiciuntur, nec laedunt stomachum.

cxxxviii.

**O**lofonię, ✕. p. viii. Bdellii. ✕. p. duū, cōmis. ✕. p. vnū. Hæc trita succo lactucæ colliguntur, & finguntur pilulæ fabē magnitudinis. Dantur paribus pilulis usq; ad septē, prout vniuersitatisq;

Cc iiij vīres

## DE COMPOSIT. MEDIC.

vires patiuntur.

Globuli qui etiam cœnatis dātūr , & efficiunt  
manē deiſci quod satis sit.

cxix.



Olofoniae. ✕ . p. iij. aloes. ✕ . p. iiiij. tragacanthi. ✕ . p. duum.  
Hoc pridie aqua maceratur, postero die cæteris admiscetur: fiūt  
inde globuli fabæ magnitudinis. Dantur à tribus vſq; ad septē,  
prout cuiusq; vires patiuntur. Stomachum nullo modo vexant.

Ad tineas & lumbricos necandos.

cxi.

**A**D tineas necadas, eiſciendas, per triduum allium plurimum edat,  
& veteratum caseum mollem, secundum hoc filicis macedonica  
contusæ, aridæ & cribratae. ✕ . p. viij. cum melle quantum ipse  
voluerit cōsumat. Post horas quatuor detur ei aloes & scamoneæ, singulorū  
victoriati pondo, ex aquæ mulſæ cyathis quatuor: cum cœperit desurgere,  
aqua calda supponatur. Licit & sine oleo pridie incenato dare vtraque  
medicamenta.

cxli.

¶ Ad lumbricos satis commode facit & sandonica herba quæ nūc vigeat, &  
cornū ceruinū limatū lima lignaria quantum quatuor vel quinq; cochlea/  
ria exaque mixorū decoctorū cyathis tribus, pridie maceratū: deinde tritū  
& datū, aqua exigua adiecta.

AD prolapsionem & libidinem nimiam  
desurgendi extremiti intestini.

cxlii.

**T**enesmos est iritatio vltimæ partis directi intestini, in quo ultimo  
sapius libet desurgere sine cauſa. Proderit ad hoc quoties desur/  
geret, vino austerrissimo & aqua calida fouere, vel verbenis &  
murti, & oliuæ ramulis, factis ita, vt duæ partes murtisint. Quinetiam  
penicillum intinctum, & nō nimis expressum, ex alterutro eorum ano ex/  
positum proderit habere, vel eodem modo glom⁹ staminis albi: diutius eni  
vaporem continet. Perungundus erit anus specillo lycio, patarico, vel idico.  
Vel hoc collyrium iniſciendum, quod ad omnem deiectionem, & tormina  
benefacit. Acaciae, mali granati corticis vſti, singulorū. ✕ . p. iiiij. hypocy-  
stidis, rhois quo coriarij vtuntur, opij, singulorum podo ſena, omphacij pō-  
do quatuor & victoriati, croci. ✕ . p. iiiij. vino austero colligūtur: fiunt col-  
lyria magnitudinis nucleorum pineorum.

Ad renium tumorem & exulcerationem, etiam ſi  
ſanguilentā vrinam faciant.

cxliii.

**A**Dreniū tumorem, & exulcerationem, etiam ſi ſanguilentā vrinam  
faciant, rosæ aridæ foliorum, papaueris nigri ſeminis, nucleorum  
pineoru m paria pondera, contunduntur ſeorsum, & in vnum mi-  
ſetur: inde datur quantū nucis iuglandis, ex paſſi cyathis duobus, & aque  
cyathis tribus.

cxliii.

Alia

¶ Alia ad renium dolorem potio, quae etiam quasi arenam sabulosam de-  
trahit. Apis seminis, petroselini, anesi, singulorum. ✕ . p. xvi. dauci semi-  
nis. ✕ . p. iiiij. schoeni. ✕ . p. vij. croci. ✕ . p. triginta duū, mellis quod satis  
videbitur. Dantur quātū lupinus ex mellis ligula, & aquæ cyathis. iiij. Ad  
renium tumorem & dolorem facit eadē, & ad iecinoris, & ad lienis tumo-  
rem, ad eos qui mali coloris propter hæc sunt vītia: item aquæ mutationes:  
Croci. ✕ . p. x. nardi idicī. ✕ . p. duū, casie. ✕ . p. duū, costi. ✕ . p. j. cuma-  
ni. ✕ . p. vnius, myrræ stactes. ✕ . p. vnius, mellis optimi. ✕ . p. viginti  
quinq̄ue. Dantur quantū fabæ ægyptiæ ex mulsi cyatho, mixto aquę du-  
obus, vel mulsa aquæ cyathis tribus. cxlv.

¶ Si cui autem lapis in renibus innatus fuerit, & vrinam non faciet, medi-  
camentū his rebus fieri debet: Petroselini podo. —. anesi. p. —. dauci semi-  
nis podo. z. git. p. —. cinnami. p. z. schoenii pondo. z. croci. 9. v. apii semi-  
nis. p. 2. vij. Hæc omnia tusa, creta, melle attico despumato podo. ij. z. colliguntur,  
& medicamentum vitro condunt. cxlvj.

¶ Ad tumorem & dolorem vesicæ, & exulcerationem benefacit aqua in  
qua ferrū candens dīmissum est. Hoc ego traxi ab aquis calidis quæ sint in  
Tuscia ferratae, & mirificè remediāt vesicæ vītia. Appellantur itaq; vesica-  
rie, quōdam Milonis Gracchi prætoriū hominis optimi ad quīnquagesimū  
lapidem reddentis. cxlvij.

¶ Ad tumorē & dolorem vesicæ, & ad eos qui difficulter vrinam reddunt.  
Alterci seminis, apii seminis, maluæ seminis, cucumeris edulis seminis  
purgati, singulorum. ✕ . pondo. vij. amigdalorum dulcium purgatorum,  
nucleorum pineorum purgatorum, singulorum. ✕ . p. trium, opij. ✕ . p.  
vnius, croci. ✕ . p. vnius & victoriati, passo contusa consperguntur. Datur  
hoc medicamentū. ✕ . p. j. ex passi cyathis duobus, & aquæ totidē. cxlvij.

¶ Ad vesicam exulceratam, nucleorum amigdalorum victoriati pondus,  
cucumeris edulis seminis purgati cyathus vnum, anesi cyathus, papaueris  
nigri. ✕ . p. iiiij. croci. ✕ . podo vnius, palmas cariotas. p. triginta. Has ma-  
cerari oportet in passi sextarium vnum, atq; conterere, his adiçere cætera:  
ex eodē dare nucis iuglandis magnitudinē, ex passi cyathis tribus. cxlix.

¶ Ad sanguinem cum dolore per vrinam reddentes. Aluminis fūssi, podo  
vncia, tragacanthi podo sextans. Tragacanthū ex alumine trito cogitur in  
pastillos victoriati pondo, hinc vīciae magnitudinē detractum datur ex  
passi cyathis tribus. Ad calculos experta. cl.

**A**d initia vetusta ve cōprimenda, & emendanda benefacit ad cal-  
culos herba σκολοπένθητη, quā nos calcifragam appellamus, bel-  
lefacit contusa. ✕ . p. j. ex aquæ cyathis tribus per dies triginta:  
eodem modo ἐρα. Λοτάνη, quā nos vettonicam dicimus. Item eodem genere  
datur tātum, licet aut aqua earum decocta uti cotidie ieiunū. ✕ . p. vnius,  
cum

## DE COMPOSIT. MEDIC.

cum aquæ cyathis tribus.

Multos cū admiratione effectus audiui narrantes, Cai Iuli, nasci in lapidinī bestiolas adhærentes saxis quasi verrucas, has quinq; ex aquæ cyathis tribus suffundere, & per vrinam extrahere lapides certum est. clv.  
 ¶ Ad calculosos, cucumeris seminis, dauci, anesi, apij, petroselini, myrrha, singulorum. ✕. p. triū & victoriati, casiae, daphnidis, cinnami, nardi, singulorum. ✕. p. vnius, aqua colliguntur, fiunt pastilli lupini magnitudinis. Ex aqua dantur cyathis tribus per dies quadraginta. Hoc medicamentum cum componitur, pilum ligneum sit, qui contunditur, anulum ferreū non habeat. Hāc enim superstitionē adiecit Ambrosius medicus Puteolanus, qui adfirmauit multos se hoc medicamento sanasse. Detrahere autē dixit post diem septimum fragmina quædam lapidum quasi arenam. clvi.  
 ¶ Ad calculosos, lienosos, hydropicos, vrinam detrahit, lapidē extenuat, Eryngij, pyrethri, saliuncæ, calcifrage, singulorū. ✕. p. vigintiquinq; elii, aristolochiæ, singulorū. ✕. p. oxymyrsinæ quæ scopa regia voca, succo hec oia contusa ligno, colligūtur, fiunt pastilli. ✕. p. vnius. Dantur autem ex aceti & mellis cyathis tribus. Calculosis illecebræ quantum manus capi, aut auriculæ murinæ idem, aut betonicae tantudem: earum quælibet herba ex aquæ tribus heminis ad tertias decoquitur, inde sumuntur cyathis tres, & eodem adiūciuntur vīni cyathi duo, & nitri victoriati pondo, atque his dilutum medicamentum datur pondo. j. per dies quadraginta quinque. In arenam soluit lapidem, & hydropicis ex mulsi mixti cyathis tribus dum est.

Ad lumborum dolorem diutinum, & paralysin. clvii.

**A**d lumborum dolorem, cucurbitæ sylvestris floccorum, aut seminis. ✕. p. duum, brathys. ✕. p. j. salis. ✕. p. j. Fiunt catapotia melle decocto adiecto. Valentibus tota datur compositio, imbedi toribus autem dimidia. Sed manē per clysterem alius ducenda, ouotum abis temperatum. clv.

¶ Ad lumborum dolorē & paralyticos, cucurbitę sylvestris. ✕. p. iiiij. pyrethri. ✕. p. iiiij. myrrhæ. ✕. p. duū vel vnius. Dantur ex passi cyathis tribus: licet hinc catapotia fieri, dum idem ponderis deuoretur. Sed & his aliis acris clysmo manē trahenda est. clvi.

¶ Ad lumborū dolorem & paralyticos antidotos Hiera Pacchij Antiochi melius omni medicamēto facit. Sed ad paralysin mirificè hoc acopum facit, quod oportet in sole diu fricare, aut loco flamma præcalfacto. Olei sabini. ✕. p. xxv. cucumeris syluatī recentis radicis. ✕. p. quindecī. Hæc radix magnitudine nucis iuglandis concisa vasō fictili nouo ex oleo coquetur, donec succum omnem remittat, & quasi arida sit: post hoc adiūcitur per linteum, vel colum transmisso oleo in quo adiūcitur dum calet, cæra potti-  
ca

et in frusta redactæ pondo libra, olei laurini pondo libra, olei cyprini pondolibra, olei lili pondo libra, olei veteris pondo dua, piperis albii contusi, & per cribrum tenuissimum transmissi. X. p. as. pyrethri contusi, & per idem cribrum transmissi. X. p. vnius. Haec in vnu miscentur, reponuntur vaso fistili. Facit præterea ad lumborum, & ad omnem dolorem corporis, & preci-  
pue neruorum. Muliebres locos durissimos mollit, cū diu alijs medicamentis nihil profectum est. clvij.

¶ Ad lumborum dolorem malagma quod propriè facit: Picis liquidæ sextarios duos, olei veteris sextarii vnu, resinæ terebinthinae sextarii vnu, ceras, p. libræ & trietæ, magnatis podo bessem, aphonitri podo trientæ. Coquitur pix cū oleo, donec spissa fiat, & postea adiicitur ei resina, deinde cera, & secundum hanc ex interuallo magma. Vbi habet emplasti figuram mediam camentum, tollitur ab igne cum tepere coepit, & aphonitrum aspergitur sensim, ne superfundatur quod in cacabo est.

## Ad podagrum.

clvij.

**A**d podagrum caldam cū feroore, & tumore rubicudo, quam caldam vocat, benefacit primis diebus herba vrceolaris, item caseus mollis recens per se, postea herbe salis pusillu admiscere oportet. Item facit apium viride per se & cū polenta. Nec minus solanum, portulaca, plantago, spongia vel rhodia, vel africana mollis ex aqua frigida, lana succida ex rosa & vino. Subinde autem haec omnia mutare oportet prius, quam excalefiant. Prodest & omentum caprinum. Item faba molita cū suis valvulis ex aceto cum melle diluto conspersa & imposita, dicit enim sanguinem, & dolorem leuat. Benefacunt & mala citria q[uam] maxime cocta, ex aces sextariis tribus, donec madida fiant, quibus tritis adiicitur aluminis fissi pondo vncia, myrrhae pondo sextans. Benefacit & aloe aceto diluta, & per pinnam pedibus inducta. Item opium lacte muliebri dilutum. Mirificè ve-  
ro hoc facit cataplasma, id est, superpositum medicamentum. clix.

Tollit enim triduo dolorem lometi hemina, feniculi seminis cyathi duo, polentæ tenuis cyathi duo. Commiscentur haec in vnu contusa, molita, trita, deinde consperguntur aqua pluvia, & ita temperantur, ne duru sit medicamentum, aut aquatum nimis. Impositum protinus leuat, triduo tollit dolorem. Hoc constat, si quis ter in mense inter denos dies usus fuerit, in nocte non laboraturum. clx.

¶ Ad frigidam podagrā, quæ sine tumore & rubore consistit, cataplasma: Piperis nigri moliti hemina, feniculi seminis cotusi hemina. Coquuntur ex aqua: utraq[ue] vbi tēperata sunt, adiicuntur axugia suilla, & dū calet, panno spisso inducto medicamentum imponitur. Benefacit ad idem genus & lini seminis, & foeni græci seminis, farinæ ordeaciæ, singulorum binis sextarij, cri-  
brati in vnum commiscentur: inde coquere oportet quod satis erit ex aqua  
&

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

& oleo: subinde calidum cataplasma etiam imponere. Ad hos benefacit & hybisci radix ex aqua mulsa cocta & imposita. Item sabucum cum axūgia vetere tritum & impositum. Adiectus & brasīcæ cinis cum axūgia velsemen caulium. Vbi autem impetus cessauerit & in hoc, & in priore genere podagræ, calda aqua marina diu fouēdi sunt: vel, si hæc non erit, aquæ puræ feruēti salē adiūcito, post epithemate uti oportet, quod ad parotidas scriptum est. Tollit enim citò reliquias per sudores, & in futurū confirmat nos, nec patitur facile vitiarī.

**S**cio quendā hoc quasi acopo medicum usum in noctem, nec postea tenatum podagra, cum antè diu esset vexatus. Lanam succidam pondo libra, vini veteris sextario diu lauabat: deinde expressam reiūciebat: vino autem residuo adiūciebat aphronitrī vīsti pondo sextantem, olei veteris pōdo libra reponebat in oleario fīctili, vtebatur, vt superius dixi, in nocte. Multis profuit ad corpus in duplici calceo pelle caninam habere.

**A**d utramlibet podagram torpedinem nigrām vīuā, cum accesserit dolor, subiūcere pedibus oportet, stantibus in littore non sicco, sed quod alluit mare, donec sentiat torpere pedem totum & tibiam usq; ad genua. Hoc & in præsentī tollit dolorem, & in futurū remediāt. Hoc Anthero Tiberij libertus supra hæreditates remediatus est.

## Genera medicamentorum, &amp; demonstrationes

serpentum iectus, morsūsque.

clxiiij.

**M**itis tutus, etiā si qñ rus secesseris, ponā theriacæ cōpositiones, id est, ad serpentum morsūs, atq; iectus medicamenta. Sed priusque cognita habui remedia, ne cui serpentes noceant, dicam. Habere ergo incinctū oportet peucedanum, vel ceruī cum captus est, in oculi angulo, qui est ad nares versus, quæ inueniuntur fordes vīrosi odoris, has Siciliæ venatores diligenter colligunt, & habent in cincto propter antedictā cauissam. Idem præstat & hiera botane, & trifoliū acutū, quod Græci appellant, nascitur & hoc Siciliæ plurimum, nā in Italiae regionibus nusq; eam vīdī herbam, nisi in Lunæ portu cum Britāniā peteremus cū deo nostro Cæsare, plurimum super cīrcundatos mōtes. Est autem folijs, & specie, & numero similis cōmuni trifolio, nisi quod huius pleniora sunt, & quasi lanuginem quandam super se habent, & in extrema parte velut aculeum eminentem. Sed huius frutex duorum pedum interdum, aut etiā amplior conspicitur, & odorem grauem emitit, quorum nihil circa patre se trifoliū inuenitur. Sed utrasq; superius dictas herbas, quas cum inueniris, pridie notare oportet, & circumscribere sinistra aure fruges aliquas ponētem, atq; postero die ante solis ortū sinistra manu vellere, ita illigata habere.

**I**n Africa, aut sicuti scorpiones sunt noxijs, stellionem aridum incinctū oportet

oportet habere. Theriace prima. clxv.

**H**eriace facit ad omnium serpentium mortis, & ictus, & afflat<sup>9</sup>. Mirificè eadem prodest, & ad contusiones, & ad conuulsiones interiorum partium lateris que ex qualibet caussa, & pectoris dolores: Vitis albæ radicis pondo octo, trifolijs acuti seminīs, quod & ipsum in extremo aculeū habet, vel eiusdē radicis trepondo, panacis. p. iiiij. terræ malii. p. v. rori marini radicis. p. iiiij. laseris. p. iiiij. gíngiberis. p. iiiij. rutæ syluaticæ, p. sex, cumini thebaici. p. iiiij. myrrhae. p. iiiij. cumini ethiopici. p. v. castorei. p. iiiij. eryngij radicis. p. iiiij. serpylli. p. pondo. iiij. erui albi seminīs moliti. p. xij. Chio vīno cōsperguntur contulæ ac trita: fiunt pastilli. p. vnius, aut victoriati. Dantur ex vīno mero vetere, vel ex mixto, vel aqua: quæ si non fuerint, per se commanducandus erit pastillus & deuorandus.

Theriace secunda. clxvj.

**A**pter pastillus ad eadem facit. Cinnamī. p. iiiij. serpylli p. iiiij. staphisagria, quā herbā pediculariā quidā vacat, q. pediculos necat, à quib<sup>9</sup> hoc nomē trahit, seminīs. p. iiij. & victoriati, pī peris albi. p. vij. peucedani lactis. p. viij. & victoriati, glycyridæ nigrae seminīs, quam peoniām Græcorum quidam appellant. p. vnius & victoriati, terre malī. p. triū, nasturci seminīs. p. iiiij. cachryos. p. duū & victoriati, castorei. p. duum, saliuncæ. p. quinque.

Hic nonnullæ de sunt compositiones: Theriace tertia ad aspidem: Theriace ad

nipere morsum propriæ. Antidotos zopyri, & media pars antidotū

mithridati, quarum aliqua hic ex Galeno secundo

antidotorum restituuntur à Io. Ruellio.

Altera theriace etiam ad aspidem. clxvij.

**A**ntidotos altera ad aspidis morsum siue presumpta, siue post data, gētiane. p. iiiij. trifolijs. p. iiiij. seminis eiusdē. p. duū, polij. p. iiiij. malī terræ. p. duum, peucedani radicis, galbanī, singulorum. p. duum, petroselini. p. iiiij. rutæ syluaticæ. p. triū, pyrethri. p. vnius, herbæ pediculariæ, quam vocant *sapiða* & *γύσιων*, tantudem, maceris. p. iii. vītis albæ radicis. p. duū, pī peris candidi tantudem, ammoniacæ guttæ. p. vnius & victoriati, aconi. p. iiij. varbasci, aiuge idææ, chameleæ, marubiū tenuis, conyzæ minotis, cumini ethiopici, lachrymæ papaueris, castorei, feniculi seminis, agarici, casie ruffæ, schcenii, id est iuci odorati floris, radicis ponticæ, singulorū. p. ij. dauci creticæ. p. j. & victoriati, opopanaxis tātundē, sagapeni. p. ij. & victoriati, abrotoni. p. j. & victoriati, styracis dīctāni, singulorū. p. vnius & victoriati, cinnamomi, nardi, singulorū. p. iii. myrrhae. p. iiiij. thuris. p. vnius, croci. p. viii. anesi. p. vnius, cyrenaiæ lachrymæ. p. vnius, hinuli coaguli. p. iii. mellis attici, quod ad ea

Dd excipienda

## D E C O M P O S I T. M E D I C.

excipienda satís sit: inde sumitúr nucis abellanae tuberculo. Sic præsumpta à morsu tuetur. Hæc compositio ad Antipatrū autorem refertur. clxviii.

¶ Ad viperæ mortuum propriè. Non restituta

clxix.

¶ Antidotos Zopyri ad lethalia venena & omnem serpentis ictū efficax, ratio componendi hæc est: Opopalsami. ✕. p. triū. nardi índice, myrrhe, tragacanthæ, iuncī rotūdi floris, cinnamomi, characie, costi recentis, piperis longi, hypocystidis, piperis nigri, scordii, meum cretici, cardamomi, singulorū. ✕. p. iii. thuris masculi, opopalsami, dictamni, singulorū. ✕. p. vi. petroselinica siæ ruffæ, singulorū. ✕. p. vii. croci coricæ. ✕. p. viii. mellis attici quod ad ea colligēda satís sit. Datur abellang nucis magnitudine si febris absit ex vi, febricitatibus ex aqua mulsa. Prodest etiam sanguinem excreantibus, cœliacis, iocinerosis, lienosis, & renū dolore vexatis, emortuos fœtus & secundas hærentes trahit.

clxx.

¶ Antidotos mithridatis recipit hæc: Meu. ✕. p. duum, lachrymæ papaveris pondo victoriati, styracis. ✕. p. viii. polii, casie nigre, seselis, bdellij, piperis albi, singulorū. ✕. p. v. & victoriati, hypocystidis succi, myrrhe, thuris masculi, castorei, piperis lögí, cyphis, malobathri foliorū, singulorū. ✕. p. vi. scordii, costi, singulorū. ✕. p. vi. & victoriati, nardisyriaci. ✕. p. vi. dauci cretici. ✕. p. vi. & victoriati, croci, cinnamí, gingiberis, singulorum, ✕. p. vi. succi radicis dulcis, agarici, singulorū. ✕. p. vii. & victoriati.

Hæc defuerant in compositione, sequentia in ponderibus ex

mensuris ex effectibus mithridatij compositioni,

qua est apud Galenum citato loco,

consentiantur.

Acori . ✕. pondo duum, phu. ✕. pondo vnius, sagapeni. ✕. p. pododium, iris illyricæ. ✕. pondo duum, balsami seminis. ✕. pondo duum, rutæ sylvestræ. ✕. p. duum, gentianæ. ✕. p. duum, anesi. ✕. p. triū. thlaspis. ✕. p. sex & victoriati, rosæ aridae. ✕. p. quatuor, mysli. ✕. p. quatuor, acacia. ✕. p. triū, commis. ✕. p. duum, cardamomi. ✕. p. duum, schœni floris. ✕. p. sex & victoriati, opopanacis. ✕. pondo sex, opopalsami. ✕. p. sex & vi. victoriati, galbani. ✕. p. sex & victoriati, resinæ terebinthinæ. ✕. p. sex & victoriati, rubricæ lemnæ. ✕. p. septem, melle attico & vino chio conspergiato, donec habeat spissitudinem mellis. Reponitur vitro vase. Dādum autem est his qui malum medicamentum sumperunt fabæ ægyptiæ magnitudine, ex vini meri, si poterit, cyathis sex: sin min⁹, mixti meraci⁹ cyathis quatuor cotidie. Et à serpente læsis dandaerit. Ex mulso autem quorum iecur durum est, aut arquati sunt, & quibus alioquin vrinam mouere studemus. Sed fabæ nostratis magnitudinis tuſſientibus, oculis laborantibus, latus doleantibus: ceterū magnitudine ciceris celiacis. Prodest enim & his viciae magnitudo ante accessionem febriū, tetanicis, opisthotonicis, spasmo corrutis. Adiuuat enī eos lupini magnitudine, sed cū aquæ cyathis trib⁹. clxxi. +

Antidotus

## Antidotus Apulei Celsi.

**A**ntidotus Apulei Celsi præceptoris, quam quotannis cōponebat, & genere quodam publicè mittebat Centurias, vnde ortus erat, quia in Sicilia plurimi fiunt rabiosi canes. Facit enim ad horum mortsum protinus quidem data per dies trīginta, ita ut aquæ, id est, liquoris timore nunq̄ tentetur, qui cum accidit summo cruciatu ad mortem eos compellit, quos ob antē dictam causam ἡρόθεος Græci appellāt. In ipsa autē correptiōe uti oportet ea, data cū roſe cyathis trib⁹ & exigua aqua. ✕. p. j. Hoc proficit, ut aquam postea sine tumore sumat, & minus quidem liberati hac difficultate cruciantur. Cæterum nemo adhuc corruptus hoc malo, quātū ego scio, expeditus est. Quanq̄ peruenit ad me opinio, esse in insula Creta barbarum quēdam naufragio appulsum, maiorē natu, publicè mercedem accipientem. Qui netiam cum liquore timent, & latratus edunt, spasmo' q; vexantur : remediū, brachio sinistro alligato efficere, ut & potio nem accipiāt, & liberentur vitio: quod adhuc ante antidotum Celsi inter omnes quasi insanabile constituit. clxxij.

Hoc ego cum quererem ab hospite meo legato inde missō nomine Zopyro, Gordiense medico, quid esset pro magno munere accepi. Dixit autē hyē næ corij particulam esse panno inligatam: quod ego adhuc nō sum expertus, quāmuis protinus magna cura hyēnā inueneri, & pellem paratam habeam: quia non incidit ex eo quisq; , & opto quidem ne incidat: sed quia id nō est in nostra potestate, si casu inciderit, remedium habere oportet ad tātarei experimentum. Antidotus autem Celsi hæc recipit: clxxij. Nardi syriaci, croci, myrrhae, costi, casiae, cinnamī, schœni, piperis albi, piperis longi, castorei, galbanī, resine terebinthīne, opij, singulorum. ✕. p. iii. alterci albi. ✕. p. ii. anesi. ✕. p. i. apij seminis, tragacāthi, singulorū. ✕. p. sex, mellis attici sextariū vñū, vini falerni vnciam. In hoc maceratur tragacanthū & opiu pridie: postero die contusis cæteris, miscetur in melle galbanum & resina, fistili patella super carbones imposita resoluūtur: deinde patida asperguntur, & si opus est adjicitur mel: & vt cerati teneri spissitudinem habeant, & rursus patella super ignem imponitur, mouentur' q; quæ sunt in ea, spatha fraxinea. Coquitur medicamentū, donec crocīnum habeat colorem, vltima quæ sunt vino macerata adjiciuntur, vase vitro antidotus reponitur. Datur fabæ ægyptiæ magnitudine ex aqua. Facit autem etiā ad stomachi omne vitium, & precipue quod cum fluore cōsistit. Facit & ad oculorum epiphoras, & ad tormina, & ad coli inflationem, iecinoris, pectoris dolorem, tussienteis, aduersus mala medicamenta omnia, serpentium mortis vel ictus. Oportet autem locū mortsum à rabioso cane, vel à serpente diu tenere in exulcerationem: neque pati cicatricem ducere, ut virus illa pertrahatur, clxxij.

Dd ij Extra

## DE COMPOSIT. MEDIC.

**E**xtrà itaque ea sunt imponenda, quæ etiam sana corpora exulcerant, ut allium, lepidum, celidonium, batracium, sinapis, scylla, cepa cum aceto. Optime facit & per se caprifici liber per se contritus & impositus ylceri. Item laser per se.

## Compositio emplastri,

clxxv.

**L**mplastrū antidotū, sed multò magis ēplastrī huius vis facit, quo Augusta propter ejusmodi cas⁹ habuit cōpositum, & multis profuit. Accepimus à Triphone præceptore nostro, Iris illyrice. ✕. p. v. castorei pontici. ✕. p. v. caprificus lactis aridi. ✕. p. v. canis nigriadi pis. ✕. p. viij. eiusdem sanguinis. ✕. p. x. resine terebinthinae. ✕. p. viij. leporis coaguli. ✕. p. quatuor. salis ammoniaci. ✕. p. duū. laseris syrenaici. ✕. p. duū. aut syriaci. ✕. p. iiiij. cēre pontice. ✕. p. xxxvj. olei veteris cyathi duo, acetis scillitis cyathi tres. Arida ex aceto teruntur, quæ liquefieri possunt, oleo ad ignem liquefacto miscentur: mortario tritis & temperatis in mellis spissitudinem. Vitreo reponitur.

## Antidotus Cassij,

clxxvi.

**A**ntidotus Cassij medici facit aduersus toxicum potum. Eadem si quis venenato telo percussus est. Præterea ad omnis serpentis morsus aut ictus. Præcipue ad canis rabiosi mor⁹ bis die sumptu ✕. p. vnius, ex aqua mulsa. Facit ad pectoris, & lateris dolorem, & tuſsim, & omnia iteranea inflatione, alioque dolore, aut quoniam correpta. Nardi spicæ syriacæ. ✕. p. iii. costi. ✕. p. iii. cinnami, gentianæ, casiae, myrræ, singulorum. ✕. p. triū, croci. ✕. p. triū, vuæ passæ purgatæ. ✕. p. duuum, schoeni, ✕. p. duū, opobalsami. ✕. p. duū, myris, dauci, singuloru ✕. p. duū, cumini ethiopici. ✕. p. duū, acori. ✕. p. iiiij. & victoriati, asari ✕. p. vnius & victoriati, petroselini. ✕. p. vnius & victoriati, piperis longi. ✕. p. i. & victoriati, piperis albi. ✕. p. vni⁹ & victoriati, phu pōtici seminis. ✕. p. triū, rapæ seminis. ✕. p. iiiij. nardi folia. ✕. p. iii. scyllæ victoriati. ✕. p. pondus, feniculi seminis. ✕. p. iiiij. mellis attici quod satis erit ad venenum, & ad serpentes ex vino, ad cæteros dolores interaneorum ex aqua.

## Antidotus Marciani medici.

clxxvij.

**A**ntidotus Marciani medici, cui quia nihil deest, ἡλθα dicitur græcè, id est, perfecta. Facit ad omnia hæc vitia, ad quæ superiores antidotū omnes. Hoc Augusto Cæsari componebatur. Cinnamini. ✕. p. viij. amomi. ✕. p. vij. casiae nigræ. ✕. p. xxv. croci. ✕. p. xv. schoeni. ✕. p. quinque, thuris. ✕. p. quinque, piperis albi. ✕. p. duo, myrræ. ✕. p. x. piperis longi. ✕. p. x. nardi indicæ. ✕. p. x. S. nardi celticae. ✕. p. odo sedecim, rose aridae. ✕. p. vij. costi albi. ✕. p. duuum, opobalsami. ✕. p. iiiij. laseris cirenaici victoriati pondus, vel syriaci. ✕. p. j. stoeados ✕. p. sex, gentianæ. ✕. p. v. trifolii acuti radicis, ✕. p. iiiij. vel eiusdem seminis

seminis.  $\times$ . p. tr̄um, scordij.  $\times$ . p. x. polij.  $\times$ . p. v. afari.  $\times$ . p. duū, acori  
 $\cdot$   $\times$ . p. iij. phu.  $\times$ . p. iij. misy.  $\times$ . p. duū, dictamni.  $\times$ . p. duodecim, am/  
moniaci guttae.  $\times$ . p. tr̄um, agarici.  $\times$ . p. duū semis, balsami seminis gra/  
na. p. viginti, petroselini.  $\times$ . p. vij. & victoriati, rutae syluaticae.  $\times$ . p. triū  
semis, sceniculi seminis.  $\times$ . p. triū semis, dauci cretici.  $\times$ . p. iij. anesi.  $\times$ .  
. p. duum, cuminiæ æthiopici.  $\times$ . p. duū, rapæ seminis.  $\times$ . p. quinq; & vi/  
ctoriat, napis syluatici seminis.  $\times$ . p. tr̄um, anatis foemine recentis.  $\times$ . p.  
ii. anatis masculi sanguinis aridi.  $\times$ . p. iii. hædi masculi sanguinis aridi  
 $\times$ . p. iij. testudinis marinæ sanguinis aridi.  $\times$ . p. vij. S. anseris masculi san/  
guinis aridi.  $\times$ . p. iij. mellis attici quod satis erit. Facit ad omnia. Hæc ego  
composita habeo. clxxvij.

**Q**uoniam antidotos, quas optimas sciuiimus, posui in facietibus ad om/  
ne malum vitium: aliud medicamentum etiam ex multis rebus, simplicia  
quoq; medicamenta, & propria remedia monstrauit. Interdu enim hæc me/  
lius aduersus quædam, quæm antidotos faciunt. Trademus autem singulo/  
rum malorum medicamentorum epotorum signa, quæ facilius intelliga/  
tur, quid quisque sumperit, & qua ratione adiuuari debeat.

Ad cicutam

clxxix.

**C**icutam ergo potam, caligo, mētisq; alienatio, & artuum gelatio/  
insequitur, ultimo q; præfocantur qui eam sumperunt, nihilque  
sentiunt. Adiuuari autē debent in initij s. vino mero subide quām  
plurimo caldo, & per se, & cum pipere, & cum styrace poto. Atqui ma/  
xime prodest lac asinīnum datum: si minus, vaccinū, aut quodlibet. Opor=  
tetautem & alium acri clustere ducere eorum, & extrā super ventrē impe/  
nere farinam ordeaciam, vel triticeam coctam ex vino caldam.

Ad opium.

clxxx.

**O**pium potum, quod quidam meconīū vocant, ab odoris grauitate  
intelligitur, papaueris enim viridis, cuius succus est, qualitatem re=  
presentat. Facit autem capit̄is grauitatem, gelationem & liuorem  
artuum, sudoresque frigidos manare. Præterea spirationem impedit, men=  
tem soporat, sensusq; abalienat. Adiuuari porrò debent qui biberunt, aqua  
cum oleo in vinum admixtis, saepius datis, & frequenter reiectis per pinnā  
aut lorum vomitorium. Prodest & vīni cyathus, & passi & olei cyathus ea  
dem ratione datus. Item vinum & acetum pari mēsura datū ex aqua mul=  
ta cum rosa eius mensuræ, ita ut ista subinde cogātur rei scere. Præterea ca=  
put rosa & aceto sine intermissione curetur, eorumque pedes adsidue fricen=  
tur manibus siccis, aut linteo aspro inuolutis. Prodest & sinapi ex aceto tri=  
tum, circundatum pedibus cruribus q; , & à somni tempore prohibere ne  
obsopianatur.

Ad altercum,

clxxxij.

Dd iij

Altercum

## DE COMPOSIT. MEDIC.

**A**ltercum, quod Græci ἄστραγανον vocant, qui biberunt, caput graue venisq; distentum habent, mente abalienabuntur cum quadam verborum altercatione, inde enim hoc nomen herba trahit altercum: postea sopiuntur, & omni sensu carent, liuescentibus membris eorū. Aduuantur autem lacte poto asinino quamplurimo, vel quolibet alio recenti per se, vel decocto. Sed ijs prius aqua mulsa saepius pota cogantur per pinnam reiſcere. Opio laesi ſimiliter currentur.

Ad gypsum.

clxxxij.

**G**ypso poto stomachus, ventérq; dolore vasto vrgetur, frigidus fudor subsequitur, oculi sanguilentí conspicuntur, vrina alba redditur, concreficit in aliqua parte ventrís quod potū est, & tactu qualifaxum percipitur. Aduuari autem debent qui his malis vexātur, lixiuio e farmētoꝝ cinere factō q̄plurimo poto. Item aqua thymum, aut origanum decoctum habente.

Ad spinam argenti

clxxxiii.

**S**puma argétea poto, quam Græci λιθόγυπον dicūt, ventris infert grauitatem, inflammationem, postea dolorem cū vrinæ difficiili exitu: procedente tempore, coloris quidem quasi plumbei sunt: præcipue hæc deformitas circa faciem deprehēditur. Suppurat autem plurimæ partes eorum. Aduuantur secundum reiectionem aqua mulsa acrīque curatione, pipere, myrrha, apij semine, pondere pari in vnum mixtis, ex eo que medicamento. X. p. vnius dare cum vni cyathis tribus quatuor ve cotidie potis.

Ad ceruſam.

clxxxiv.

**C**eruſa, quā Græci φίμουδον vocāt, qui biberūt facile deprehēdūtur, linguam enim albam habent, commissuras que dentium albicantes. Præterea nauſeant, reiſciunt poto medicamento, colligant, magis magis que vertigine quadam vrgentur. Postea ſpiritus via intercluditur, & præfocantur. Aduuantur autem post vomitum ab oleo, vel ab aqua mulſa, cremore ptisanę caldo largiore accepto, sed bene vnclo. Item lacte cum melle poto. Facit & malua discocta, concifa, sale & oleo pipere que condita, & pro ſorbitione data per ſe, vel cū vrtica, herba q; mercuriali. Proſunt & nucleorum perſicorum interiora ex vino trita atque poto q̄plurima. Item lixiuia calda ex cinere farmentorum facta.

Ad coriandrum.

clxxxv.

**C**oriandrum datum appetet quidem ab odore ſpirationis totius corporis. Redolet enim & hoc herbā vt infectum, Intellegitur autem ex gusto, Facit porto raucitatem, & mentem mouet. Aduuari autem debent qui biberunt ex vino mero atque plurimo, vel aqua marina, vel muria dura poto. Item ouis anferiniſ ſorbilibus plurimum ſalib; habentibus, vel iure gallinaceo, agnino ve quām pinguiflmo, & ſaltissimo per ſe poto.

Ad leporem marinum.

clxxxvi.

Leporis

## SCRIBONII LARGI

Fo. 22

**L**Eporis marini gustus non absimilis illotis piscibus, aut etiam puentibus, qui sumpserunt autem, stomacho vesica que adficiuntur, ita ut vrinā quidem difficulter, & cum dolore, purpureiq; coloris reddant. Stomacho item tento & dolenti sunt, auerso que ab omni esca, præcipue pisce. Nauseant præterea & subinde reiçunt spumosa, iterdū biliosa aut sanguilēta, & maximē cum simulauit, aut nominauit aliquis pīcēm. In somnis littoris pulsī fluctus vidētur subinde audire. Oculi eorū exulcerantur, genē inflantur. Coloris mali, & veluti plumbei fiunt, minuta tīmq; per tabem quasi phthisici consumūtur. Adiuuari autē debēt hoc maius circumuenti lacte muliebri, vel equino, vel vaccino, aut asinino quamplū rīmo cotidie per se, aut cum melle sumpto. Prodest & maluæ sorbitio benē vñcta & salsa. Item prosunt malorum punicorum grana adsiduè data. Benefacit & pīx cedria, si quis ide bīna, terna ve cochlearia eius sumpserit per se, vel ex passī cyathis duobus tribus ve. Item benefaciunt iuniperi trīte q= plurimo cum passo, aut per se date.

Ad salamandram.

clxxxvij.

**S**Alamādra quibus data est, lingua exasperatur, corpus īualidum fit: præter hoc torpet rigoribus quibusdam, & liuoribus quasi maculis variatur. Adiuuari autem debent quibus impacta est melle quamplurīmo per se, vel cum resina ex pīnu, cuius etiam tenera folia cum herba, quam Græci χαυπίνω appellant, decocta ex aqua mulsa prosunt. Item līni seminis farīna ex aqua mulsa sumpta quamplurīnum bene adiuuat.

Adaconitum.

clxxxviij.

**A**Coniti gustus est austē atque subamarus. Potum autem protinus facit corpus graue & displicens. Mordet autem stomachum & cor adficit, itaq; sudor euestigio insequitur, multus & frigidus, maximē circa oculos & frontem appetat. Inflantur intestina, & vēti plurimum erittūt, qui biberunt, capitisq; dolorem habent cum vertigine quādam, assiduè quidem, sed præcipue cum se è lectulo leuare conantur. Proprium est autem huius malī medicamentū protinus liuidos articulos & artus facere. Sed adiuuantur facilē qui id sumpserunt, ruta q= plurima pota cū vīno: item iure gallīng pinguis vel bubulæ. Prodest & his vīnum chamēpy thyn decoctam in se habens, item acetum melle mixtum in quo ferri sterlus, quod σκωρία Græci vocant, vīstum, prius inferuescat sāpius, & ita deatur. Item proficit ab rotō pondo sextans ex vīno datum, & origani pondō sextans eodem modo datum. Præcipue autem adiuuabit, si quis coagulū leporis, hinuli, & porci in vñū miscuerit, & dederit ex vīni hemina aut cyathis tribus. \*

40

Ad cantaridas.

clxxxix.

Dd iiiij

Cantarides

## DE C O M P O S I T . M E D I C .

**A**ntarides gustum & odorem similem pici è cedro factæ habent. Potæ stomachi dolorem, morsus que excitant, præcipue vesicæ. Quamobrè qui biberunt eas, difficulter vrinam & cum sanguine reddūt, exulcerata scilicet vesica. Præterea animo subinde linquuntur deficiuntque. Adiuuantur autem cum saepius reiecerūt, passo cū oleo poto vel omni lacte, sed debent plurimū eius sumere. Itē prōsunt eis nuclei pinī per se sumptī, vel ex aqua mulsa, aut ex passo triti & datī. Item cucumeris semen purgatū, & lini semen ex passo datum. Adiuuat bene & ius pingue agnītū, vel ex bubula factum, & farina triticea pulpis more cocta, plurimum anserīni adipis habente. Prodest & famig creta. ✕. p. quatuor cum passi cyathis quatuor mixtisq; aqua datū. Item oleū irinum ex ruta tritum & potum.

## Ad Buprestim.

cxc

**B**uprestis gustus est nitri similis. Facit autem tumorē stomachiq; infinitum dolorem, & inflat totum corpus in speciem hydroponi. Adiuuantur aqua ficus aridæ decoctæ, & ipsa ficu plurimū sumpta. Item passo plurimum & lacte muliebri, & iure suillo pīgū accepto, & nitri. ✕. p. quatuor cum aqua hemina dato, & cæteris quæ suprà ad caridas scripta sunt.

## Ad dorycnion.

cxcij

**D**orycnion gustū quidem habet lactis, potum verò singultus cibos facit, & vomitus frequenter concitat. Reisciunt autem ab stomacho ramēta, quæ etiam similima tormentosis, subindēq; animo deficiunt. Adiuuari autem debent lēsi eo, lacte asinino, equino, bubulo, conchilijs omnibus crudis atq; decoctis.

## Ad Ixiam.

cxcij

**I**xia, quam quidam chameleōta vocat, odorem habet, cum sumitur, ocymī: pota autem lingue tumorem facit. Mētem ab alienat ventrem que, & omnes naturales exitus suppressit. Adiuuantur autem lēsi ab ea absinthio poto cum vino. Item castorei. ✕. p. ii, dato ex vino cyathis quatuor, & rutæ fruticibus quinque vel sex. Facit bethe & chamelea. ✕. p. triū ex vīni cyathis tribus aqua mixtis, nec minus radix laseris ex vino data, Tragoriganum eodem modo datum.

## Adephemeron.

cxcij

**A**d ephemeron potum protinus quidem totum os prurire facit velut scylla tactum, postea etiam adurit quasi pipere manducato, secundum hæc quoque stomachum mordēdo exulcerat: atq; qui id bibent, primum ab ore sanguinem expiunt, deinde ex stomacho cruorem reisciunt: postea per sellas, & iam abundantius eundem deisciunt. Adiuuabuntur autē lēsi ab eo polygonii succo quamplurimo per se poto, vel arido trito

trito pondo librae, dato cum aqua. Præmaceratur autem mala cydonia, aut vitis capreoli, aut myrti baccæ, aut eiusdem folia.

## Ad toxicum.

cxciij.

**T**oxicum cuius sit gustus haud facile quiuis dixerit. Verum cum potum est, euestigio citet dolorem omnium interaneorū infinitum, & velut telo trajectorū, concitatq; mētis furorē, cogitq; exululare, & palpitare lingua similiter decollatorum capitibus: nihil enim potest intelligi ex voce eorum. Adiuuantur autem qui id biberunt rosa pota, aut oleo irino, coacti q; frequentius reiçere. Item alio acri clysmo saepius ducta, postea passo, lacte, & antidoto mithridatio.

## Ad pharicum.

cxcv.

**P**haricum & ipsum dicitur ex compluribus componi, gustumque habere nardi. Potum autem facit spasmon, citò exanimat. Adiuuantur verò læsi ab eo saliunca, id est, nardo sylvestri q; plurima ex vino saepius data. Item olusatri radice aut semine ex vino dato. Benefacit & hoc medicamentum: galbani puri. X. p. duum, myrrhæ. X. p. viiius cum passi cyathis quatuor datum. X. p. viiius, & hoc etiam ad omne medicamentum facit.

## Ad tauri sanguinem.

cxcvi.

**T**auri sanguinis potū, quamvis quis difficile cælauerit, hūc tamen vestigia crux relicta inter dentium commissuras produnt. Naufragant autem & præfocantur qui biberunt, cum gelatur. Sed adiuuantur acetō calido saepius poto & injecto per se, vel cū nitro laseris ve radice.

## Ad lac potum.

cxcvij.

**L**ac potum & gelatum odore spirationis (si non confitebitur quila borat) cognoscetur: præfocantur autem & hochomines. Adiuari autem debent qui abea laborant, menta q; plurima saepius sumpta. Item coagulo agnino, leporino, porcino, victoriati pōdere ex aqua bis tére dato. Prodest & laseris radix cum posca, & aliud acri clysmo ducta.

## Ad fungos.

cxcvij.

**F**ungis venenatis cum quis laborat, primū nauseat, nec quicquam magnopere reiçit: postea stomachum ventrisq; & præcordiorum infinitos habent dolores, manant sudores frigidí per artus, qui & ipsi gelantur celerrimè, nisi citò succurratur. Adiuuantur autem radice ea quam nos edimus, acri quamplurima per se, vel cum sale manducata, eiúsq; semine: si ipsa non fuerit, poto ex vino. Item ruta ex acetō trita & pota proficit. Nec minus lixiua cineris ex farmētis pota. Adiuuat & nitrum acetō dilutum & datum: eodemque modo æris flos datus, & mel cum acetō dilutum quamplurimum deuoratum. Oportet autem & oleo antè multo poto cogere eos reiçere quantumcunq; potuerit, & eodem caldo subinde artus perunctos expressiusfricare.

## Ad Irudinem.

cxcix.

Irudinem

## DE COMPOSIT. MEDIC.

**R**udinem, quam quidam sanguisugam vocat, deuoratam, & adhærentem faucibus, eo que ipso molestiam, titillationemque quandam præstantem, excutere oportebit aceto quamplurimo epoto per se, vel cum sale, aut nitro, aut lasere. Idem faciunt & niuis glebulæ quamplurimum deuoratae.

**M**edicamentorum malorum non nocet nominus, aut figurarum notitia, sed ponderis sciætia: hanc porrð medicus nec querere, nec nosse debet, nisi dijs, hominibusque inuisus merito esse vult, & contra ius, fasq; professionis egredi. Illas autem figuras dico, & noia necessæ est ei scire, vt & ipse deuitet, ne per ignorantiam aliquam sumat, & alijs idem præcipere possit: hoc enim proprium est Medicinæ, & illud execratissimi pharmacopolæ contrario oppositi virtuti eius, vt & in cæteris artibus animaduertif: nulla enim est, quæ non habeat aduersantem sibi sua specie similitudinis malignam professionem.

Ad suspicionem mali medicamenti.

**V**oties autem suspicio mali medicamenti accepta fuerit, primum assumere oportet quæ nauseam faciunt, vel oleum per se, vel cū aqua, & reiçere: deinde ea quæ ventrem molliunt tanq; lac, album ius pigue & falsum, chamæleā nō cessantē iniçere clystere. Postea remedia propria ad singula quoq; & antidotos sumere.

**M**plicitas Medicinæ partes inter se & ita connexas esse constat, ut nullo modo diducī sine totius professionis detrimento possint. Ex eo intelligitur, quod neque chirurgia sine diaœtetica, neque hæc sine chirurgia, id est, sine ea parte quæ medicamentorum utilium usum habent, perfici possunt: sed aliæ ab alijs adiuuantur, & quasi consumantur. Itaq; quamvis ex magna parte ad diaœteticos pertinentes compositiones iam exhibuerimus, tamē quasi claudicat & vacillat hic liber, nisi eas quoque compositiones, quæ ad chirurgos pertinent, posuerimus, quarum initium ex emplastris faciemus.

## Emplastrum Triphonis.

**E**mplastrum chirurgi Triphonis subuiride quod facit cū vulnus ita pectum est, vt os lœdatur, vel frâgatur, præcipue caluariæ, ideo à Græcis dicitur. Idem si os scabrum, aut putre vetustate vicij factum est, expurgat & educit, quantum eius alienum est. Facit præterea ad canis morsum, & ad ulcus recens molle: Squama eris cyprii. ✕. p. xij. thuris. ✕. p. vi. animoniacæ guttae. ✕. p. vij. resinæ pituine, id est, ex picea ar bore. ✕. p. x. S. resinæ terebinthinæ. ✕. p. vij. adipis vituli. p. quadrans, cære. p. triens, olei. p. semuncia, aceti cyathus unus & dimidius, acetum intum: consumat ad oia que teri debeat, dum lenia habuerit mellis spissitudinem: cera, & vtrahque resina cum adipe purgato & oleo liquefiant, & incoquatur, donec habeat spissi cerati temperaturam, feruerti a superficie rebus quæ sunt in

in mortario minutati & pistillo subide dū calet, & permiscebunt. Atq; ita dum desinit feruere, emplastrum manibus subigetur, & redactum in rotū das ampliores, quas magdalidas dicunt, reponetur.

## Emplastrum Megetis chirurgi.

ccii.

**M**plastrum Megetis chirurgi subuīride ad eadem facit, compōnitur similiter, accipit hæc: Squamæ æris cypri. ✕. p. xxv. ammoniaci guttæ. ✕. p. vigintiquinq; terræ mali, quod aſſoloxiaw Græci dicunt. ✕. p. viginti, iris. ✕. p. viginti, aluminiſ ſiſſi. ✕. p. viginti, myrrhae. ✕. p. xxij. resinæ terebinthinae. ✕. p. quatuor, py/ tuinæ resinæ. ✕. p. iiii. adipis taurini. ✕. p. iiii. ceras. ✕. p. quatuor, olei veteris sextariū vnū, aceti acris sextarios. iiii. Cōponit hoc medicamentū cum Caniculæ sydus oritur, teritur in sole donec acetum omnē consumatur. In quibusdam hoc emplaſtrū efficacius, in quibusdam ſuperius pofitū, inuenitur.

## Emplaſtrum viride Triphonis chirurgi.

cciii.

**E**mplaſtrum viride Triphonis facit ad vulnera recētia, quo vtebatur etiam in gladiatoriibus, coloris boni, ευχροο ideo etiam appellabat. Recipit hæc: æris vſti pondo sextantem, aluminiſ rotundi pondo sextantem, ſalís ammoniaci pondo sextantem, thuris polliniſ pondo sextantem, eruginis rafæ pondo trientem. Hæc teruntur ex aceto aliquot diebus, poſtea ceras pondo dua, resinę frictæ pondo dua, cum olei veteris pondextante, liquefacta ab igne mortario ſuperfunduntur, & mixta manibus subiguntur.

## Emplaſtrum viride Traſeæ chirurgi.

cciiii.

**E**mplaſtrū viride Traſeæ chirurgi ad recentia vlcera minus acre, eris vſti. ✕. p. duodecim, ſalís ammoniaci. ✕. p. nouem. Hæc terere aceto per aliquot dies oportet, donec viridis color appareat, poſtea adiſcere aluminiſ ſiſſi. ✕. p. vij. Vbi iam omnia leuia facta fuerint, & melis liquidū temperaturam habuerint, ceras pondo libra, resinæ frictæ pondo libra, cum olei cyathis quinq; liquefacta ſuper ea adiſciuntur, & rursus mortario ſubiguntur. Refrigeratū q; manibus ſubigitur ac reponitur.

## Emplaſtrum Triphonis chirurgi viride.

ccv.

**E**mplaſtrum viride Triphonis facit ad recentia vulnera, morfusho/ minum, ſed præcipue ad vetera vlcera, quæ nullo modo cicatricem ducunt, & callos eminentes circa ſe habent. Oportet autem tunc non líntelo, vt cætera, inlinere, ſed dilatatum magis manibus in magnitudinem vulneris ſatis crassum imponere, ſuperque línteola carpta pluita, deinde ſpongiam nouam, ex verbenis murto olea que factis. Conſtat ex his: eruginis. ✕. p. quatuor, ſquamæ æris. ✕. p. ſex, thuris polliniſ. ✕. p. vij. galbani. ✕. p. quatuor, aluminiſ rotundi. ✕. p. iiii. resinę pytui- nae

## D E C O M P O S I T . M E D I C .

næ.  $\frac{1}{2}$ . p. xxv. cære.  $\frac{1}{2}$ . p. xxv. olei pondo sextante, terebinthine pondo se libra, aceti quod satis est. Componitur eodem modo quo & superius scripta viridia emplastra sunt.

Emplastrū viride Gliconis chirurgi.

ccvij.

**E**mplastrum viride quod sui generis, meo iudicio, superat omnia, vocatur Isis. Accipit hæc: aeris vesti, eris cypris, eruginis rase, salis fossij, guttae ammoniaci, thuris masculi, malii terræ rotundi, que  $\alpha\pi\lambda\omega\chi\iota\alpha\pi\sigma\gamma\mu\lambda\alpha$  græcè dicitur, malii terre fermentorum quibus vnguentarij utuntur, dicitur autem aristolochia clematitis, aluminiis rotudi, singulorum pondo vniciam, myrrhae, galbani, aloes, singulorū pondo sextantem, cere, pondo trietē, resine colophonię. p. iiiij. vel duia & bessem, olei sextariū vnu. Hec enim galbano, resina, cera, & oleo super ignē liquefacta, miscetur mortario, præterea cæteris ex aceti sextario uno. Facit hoc emplastrum ad detectam membranam tegit cerebrum: de industria à medicis cū terebratu exciditur, quod laedit eam os, vel alioquin detectam, rosa dilutum & impositum. Item facit ad capitis diutinum dolorem, quem  $\alpha\pi\phi\lambda\omega\chi\iota\alpha\pi\sigma\gamma\mu\lambda\alpha$  Græci appellant, dolenti loco raso superpositum, nec minus dies viginti. Item facit ad oculorum iminentes epiphoras, superpositū frontibus. Cetera eodem modo sanguinis eruptiones è naribus adiuuat. Et ulcerib⁹ factis eiusdem partis rosa dilutum prodest. Nec minus angina correptis faucibus, extraspissatum, & toto collo. Parotidas initia habentes discutit, suppuratas iungit, si quis emissariū collectionis apto loco, id est, infra sinum ubi collectio est, fecerit, quod  $\nu\pi\omega\chi\omega\zeta$  Græci dicunt. Eadem ratione suppurationibus in mammis mulierum futuris, aut factis prodest, iungit omnem partem diuisam, & fibulis arctata. Præcipue cum intestina prolapsa & reposita sunt, atque fartum vulnus, quod à Græcis dicitur  $\gamma\alpha\pi\phi\lambda\omega\chi\iota\alpha\pi\sigma\gamma\mu\lambda\alpha$ . Lateris, stomachi, ventris, ie cionis, lienis dolorē sedat. Adiuuat cœliacos, torminosos vētritoto circumdatum. Item vesicę tumenti prodest. Eodem modo lumborū dolorem leuat. Ad luxatum omne & electum, & repositum articulamentū, benefacit. Et ad podagram preter quodvis aliud medicamentum satis conuenit, & huic mirificè prodest. Fistulas rosa dilutum sanat. Ad carbunculos & cancer imponendum est: purgat enim, nec patitur latius serpere: vetera ulcera cicatricemducere cogit. Punctus nerorum musculorum, qui periculosis sunt, quos  $\nu\gamma\mu\omega\zeta$  Græci dicunt, sine incisione aut diuisione sanat ex proprio oleo dilutū. Ad nerorum vicia omnia acopo melius facit.

Eiusdem nigrum.

ccvij.

**E**mplastrum nigrum eius, Barbara dicitur, facit ad omne recessum & contusum, hoc plerique in gladiatoriibus utuntur. Picis bruitar.  $\frac{1}{2}$ . p. centum, resine fricta.  $\frac{1}{2}$ . p. centum, bituminis iudaici.  $\frac{1}{2}$ . p. centum, cære.  $\frac{1}{2}$ . p. centum. Hec concisa in minima frustra, coquuntur, cum

cum olei sextario uno donec spissentur: quibus depositis ab igne, & desinentibus nimis feruere, adiicitur spuma argentea. ✕. p. x. cerussae. ✕. p. x. aeruginis. ✕. p. v. Et hec autem cum aceti hemina terere oportet, & minutatim aspergere, ne effervescat medicamentum. Vbi his adiectis & intermixtis intepuerit medicamentum, opopanax oleo dilutus exiguo. ✕. p. duū adiicitur: deinde refrigeratum manibus, & subactum medicamentum, & in partes diuisum, reponitur. Huic ergo emplastro, cum ita compositum est, dum adhuc modice calet, adiicito thuris pollinis pondo trientem: & mirū, quanto efficacius est, sine dolore atq; tumore conseruat vulnera, & celerius sanat.

## Emplastrum nigrum Traseæ chirurgi. ccvij.

**E**mplastrum Traseæ chirurgi facit ad omnia recentia vulnera. Propter autem ad neruorum musculorum punctus, contusiones, luxationes, & in totum, tumorem non patitur fieri: articulos incisos iungit. Idem & gladiatori, & omnium hominum ad periculosa vulnera mirificè facit: sinus veteres, & fistulas iungit: interioris infectum primum, & postea extram positum: ceræ pondo quatuor, picis brutiae pondo quatuor, resinæ frictæ pondo iiiij. bituminis saguntini quod est natura liquidum. p. iiij. cerussæ, aeruginis, chalcitidis, mysijs, aluminiis fissi, aluminiis rotundi, melanterias quæ creatura dicitur, qualigulæ calceolorum denigrantur, gallæ syriacæ, singulorum pondo libra. Hæc aceto teruntur donec leuia fiant: quibus mellis habentibus spissitudinem, cera, atque alia quæ igne liquefiunt, bitumenque super ignem solutum, superfunduntur his quæ sunt in mortario: postea medicamentum manibus subigitur, & reponitur vase fictili acetum habente.

## Emplastrum nigrum Aristi. ctix.

**E**mplastrum nigrum Aristi chirurgi facit ad omne recens vulnus mirificè, ad punctus neruorum & ad musculorum. Item ad cōtusum, luxum, præcipue ad ossa fracta. Sine alligatura enim interdum dimidio celerius sanata, & sine dolore seruat: iungit sinum. Habet autem hæc: spuma argentea. ✕. p. ducetor, aluminis fissi. ✕. p. xxx. picis hispanæ. ✕. p. centum, bituminis iudaici. ✕. p. centum, propolis. ✕. p. triginta, eruginis. ✕. p. decem, cæræ. ✕. p. centum, ammoniaci guttae. ✕. p. viginti quatuor, terebinthinæ. ✕. p. quinquaginta, olei veteris sextarios quatuor. Oleo inferuescit spuma argentea trita curiose: deinde adiicitur bitumen, & ipsum contusum & tritum. Vbi hæc cerati mollis habent temperamentum, pīx adiiciebat est: deinde cera & propolis, postea ammoniacum, à quo aerugo, ultimum alumen aspergitur. Oportet autem ubi tumor suspectus est, lanā succidā ex vino sine oleo superponere.

## Emplastrum Triphonis. ccx.

**E**mplastrum nigrum Triphonis, Basilicon appellatur, facit ad cōtusa, & canis morsum, & furunculos. Idem rosa dilutum explet concava vulnera. Picis brutie. ✕. p. xl. resine. ✕. p. xl. galbani. ✕. p. ij. olei cyprei

## DE COMPOSIT. MEDIC.

cyprei.  $\frac{1}{2}$ . p. sescuncia, cum oleo cōmuni.  $\frac{1}{2}$ . p. ix. liquefiet, & coquīt donec coeat, post hoc resina adiūctūt: deinde emplastrī habens temperamentū, deponitūt cacabūs, & tepente medicamento galbanū dilatatum, ne uno loco subsidat, adiūctūt. Emplastrum Aristi chirurgi. ccxi.

**E**mplastrum nigrum, quod παραφάρμακο dicitur, facit ad eadem. Recipit hæc: ceras, picis, resinæ frictæ paria pondera, adipis taurini diuidūt: vna omnia coquuntur, donec emplastrum fiat.

Emplastrum nigrum Dionysi chirurgi. ccxii.

**E**mplastrum Dionysi chirurgi facit ad mediocria vulnera, & i tenebris corporibus puerorum. Idem iūgit belle vulnera, & sine tumore seruat. Spumæ argenteæ.  $\frac{1}{2}$ . p. cxx. olei sextarios duos. Hæc super ignem mouentur, donec cerati habeant temperaturam, post hoc adiūctūt aluminis.  $\frac{1}{2}$ . p. xlv. & decoquītūt usq; dum rufum medicamentū fiat: post hec adiūctūt resine colophoniæ.  $\frac{1}{2}$ . p. xlvi. ceras.  $\frac{1}{2}$ . p. xlvi. ubi emplastrū oia habuerit spissitudinē, deponitūt cacabūs, & tepente medicamentū, & cū desierit feruere, adiūctūt galbanū minutatū dilatatum, quò faciliter soluatur.  $\frac{1}{2}$ . p. quatuor. Rursum eiusdem. ccxiii.

**A**lterum rubrum medicamentū, quo venatores vtuntur, facit ad canis morsum & omnium quadrupedū. Idem & ad offensionē in stirpe, & cætera vulnera mediocria. Spumæ argenteæ pondō quinque semis, olei veteris pondō dua. Hæc coquantur donec coeant: deinde adiūctūt æris squamæ pondō vncia, & coquītūt donec colore rufum sumat: postea adiūctūt cera pondo triens, resinæ frictæ pondō duo, ammoniaci guttae, deposito paulisper cacabo, pondō quadrans, galbani item diuisi in mininas partes, & rursus reposito ad breue tempus, atq; iterū reposito & non feruenti, galbani pondō sextans.

Coloris incerti. ccxiiii.

**E**mplastrum coloris incerti facit ad omnia mediocria vulnera, quadrupedum morsus, contusa vel incisa articulamenta (vt fit) cum ad dētem peruenit pugnus. Idem ad furūculos mirè facit, & strumas, omnēmq; duritiem discutit, si id quis perseveranter imponat. Item cicatricem ducit diutini ulceris, & in totum ad omnia leuia, in quotidianos usus mirificum est: tumorem non patitur fieri neque pus. Hæret ut fascia nō sit opus. In balineo non excidet. Hoc ipsum est quod tu desiderasti: Olei veteris pondō quinque, spumæ argenteæ pondō quinque. Hæc coquuntur donec coeant, postea adiūctūt his resinæ pytuiæ pondō quinque. Ubis emplastrū habet temperamentū, adiūctūt propolis in alienatæ sincere & boñæ, qualis est attica, pondō selibra, deinde in cacabo deposito visci de querulecti pondō quadrans: hoc semper habeo compositū.

Emplastrum Euelpisti chirurgi. ccxv.

Emplastrum

**E**mplastrum luteum Euelpistī chirurgi facit ad tenera corpora medicocriter leſa & abrasa, quae ἀπονεματά. Græci dicunt. Spumæ argenteæ pondo selibra, olei hemina, coquuntur dū coeant: dein adiſciuntur cerae pondo duo, resinæ ptyuinæ pondo duo.

Emplastrum Epispasticum. ccxvij.

**E**mplastrum quod aperit & educit pus, vel si quid aliud subest, ὡς αὐτοῦ dicitur, cerae podo libra, resinæ terebinthinæ pondo libra, nitri rubri pondo libra: hoc teritur ex cinere lixiuæ, donec leue factum habeat mellis spissitudinem, postea supradicta cum olei cyathis sex liquefiunt ad ignē, quibus adiſcitur thuris pollinis selibra, & ita que in cavo sunt, mortario superfunduntur & commiſcentur. ccxviij.

Emplastrum albū ex sale, οὐλῶν Græci dicunt, facit ad omnem duritiem & diutinū dolorem, & ducit sudores, idē vlcera vetera & callosa renouat, & faciliter alijs medicamentis quae hoc pollicentur, cogit, cicatricē ducere. Salis marinī, cerussæ, olei veteris paria pondera. Coquitur cū oleo cerussa donec coeant, & postea sal admiscetur. ccxvij.

Emplastrum aliud ex sale nigrum efficacius, idem ad omnia facit, sed recipit singulorū, p. librā similiter, olei autē veteris triplex adiſcitur. ccxix.

Emplastrum album ad combusta & perniones, cerussæ pondo libram, olei myrtei pondo libram, spumæ argenteæ. ✕. p. xxiiij. cerae ponticæ pondi libram. Cerussa & spuma argentea coquuntur cū oleo donec coeant: postea adiſcitur cera. ccxx.

Emplastrum album Pacchij Antiochij. ccxx.

**E**mplastrum albū Pacchij Antiochij, quo vt̄ oportet cū in manmis mulierum, alio ve quouis loco duritia fuerit, quæ ad omne medicamentū exasperatur, quam Græci κάκιον, aut κακοῦδες vocant. Facit autem ad combusta & vetera omnia, que nō facile cicatricem ducunt. Itē ad vlcera ex frigore, vel per se facta. Præcipue verò ad amī vitia difficultia & vetera, rosa dilutū: cadmia botryitis. ✕. p. viij. p. opholygos cypriæ. ✕. p. viij. molybdæ lotæ. ✕. p. v. thuris masculi. ✕. p. iiij. cerussæ. ✕. p. septuaginta, spumæ argenteæ quinquaginta, cerae ponticæ. ✕. p. viij. resine terebinthinæ. ✕. p. viij. olei murtei. ✕. p. centū. Quæ sunt dura terunt ex vini veteris sextario vno, in quo die & nocte macerent. Altercī albi, iridis, fertulæ campanæ, terræ malī, papaueris syluatī capitū corticis, sanguinorum. ✕. p. vij. Cum leuia facta fuerint, & mellis spissitudinem habuerint, tunc murteū oleum minutatim in mortario adiſciatur, & cum fuerit temperaturæ liparæ, medicamentum coniſciatur in nouo fictili cacabo, & coquatur pruna non nimis acris, moueatq; sine requie ne aduratur: cū emplasti temperaturam habuerit, resine cera adiſciatur. ccxxij.

Emplastrum ad combustum mirificè facit: cum multis usus sim, nullū

Ee ij magis

## DE COMPOSIT. MEDIC.

magis probo , protinus enim impositum mitigat, postea tollit dolorem, statimque infinita celeritate persanat . Spumæ argenteæ pondo selibram, adipis suilli purgati pondo selibram, cæræ ponticæ pondo selibram, ouorum assorum vitellos sex, quos terere oportet, & miscere spumæ argenteæ & tritæ, cæram cum adipe lequefacere , deinde pati coire , postea in unum miscere. Lipara ad intertrigines & exasperationem. ccxxij.

**L**ipara ad intertrigines & exasperationem, tumorem ani mirifica. Spumæ argenteæ pondo triens, cerussæ pondo triens, thuris pollinis pondo triens, aluminis fissi pondo quadrans, adipis suilli catarati pondo quadrans, vini austeri veteris heminæ tres, rosæ sesquilibra, olei acerbi selibra. Teruntur spuma, cerussa, alumen ex vino, deinde adiicitur thus minutum & cretum, & cum primùm hæc levia paruerint, cum oleamentis ex vino adipem liquefactum cum rosæ pondo quadrante miscere in unum oportet.

## Lipara rufa.

ccxxiiij.

**L**ipara rufa facit ad fissuras ani diutinas, quas jævæ dicit, eadē & eiusdem partis exulcerationes, & vicia diutina benefacit. Spumæ argenteæ. ✕. p. xxxvj. cerussæ. ✕. p. vij. chalcitidis vste. ✕. p. vij. myios. ✕. p. vij. resina terebinthine. ✕. p. xij. cæræ. ✕. p. vij. olei murtei sexta rios. S. iij. aquæ pondo sextans. Cum aqua teruntur que prima posita sunt & olei pondo dimidio, cum reliquo oleo cera & terebinthina liquefacto mortario superfunduntur

## Ad condylomata.

ccxxviii.

**A**d cōdylomata facit bene elaterium siue cera : quod est succus cumeris syluatici, compositus, ratione q; in pastillos redactus, ex acetō dilutum & perūctum. Item propolis per se subacta & more emplastrī imposita. ccxxv.

Facit bene & resinæ terebinthine. ✕. p. vi. cæræ idem in vīnū cocta igni, quantum possunt gagatis lapidis triti recipere. Multis & iris contusa & ex vino mixta, cocta & posita velut farina ordeacea profuit. Facit & andronium medicamentum, quod initio posuimus, ad condylomata vino dilutum bene. ccxxvi.

Hoc medicamentum mirificè prodest. Aluminis melini. ✕. p. centum, chalcitidis. ✕. p. quinquaginta, fœculæ. ✕. p. quinquaginta. Teritur acetō, cum opus est vīno aut acetō diluitur

## Ad Hemorrhoidas.

ccxxvii.

**H**emorrhoidas sic curare oportet medicamento. Perungantur cœtauri succo podo duū, hæc herba latinè fel terræ dicitur, & vbiq; in agris nascitur. Est autem tenuis multorū ramorum in rectum surgentiu, florem habet exiguum purpureū. Absynthijs succi. ✕. p. duū, aluminis

aluminis liquidi.  $\text{X}.$  p. duum, herbæ pedicularis.  $\text{X}.$  p. duum, misyis.  $\text{X}.$  p. vnius, mellis quantum ad comprehendēda ea satis erit. Hoc peruncto interius ano, aut lana tincta & interius trusa, cum desiderint ad sellam, & ap paruerint totæ medicamento rursus bene tangendæ sunt vndique, & præcipue radices earum carbasis ducunt, specilli latitudine, subinde hauriente, medico cumulāte medicamentum, & adstruēte, imprimētēq; donec cōibant, totū enī in ea est, vt ab omni parte saturētur. Est autem hoc medicamentum: chalcitidis vſti.  $\text{X}.$  p. quatuor, eris floris vſti.  $\text{X}.$  p. quatuor, misyis vſti.  $\text{X}.$  p. triū, eris squame.  $\text{X}.$  p. duū, dispfrygis.  $\text{X}.$  pondo duū, foreos vſti.  $\text{X}.$  pondo diuum, auripigmenti.  $\text{X}.$  pondo duum. Hæc omnia terunt, & sicca (vt dixi) hæmorrhoidib⁹ imprimunt vndiq; post hoc tenue, simplex, rarū linteolū iponere oportet, & sup hoc panē autopsyron ex aqua maceratū & tritum, rosaceo oleo adiecto. Hoc medicamentum sine magno labore circa septimū diem cadere cogit hæmorrhoidas. Oportet autem bis die panem imponere, nōnūq; in nocte si circūm tensionem senserint aquatio, dīe auriscalpio auerso, quam partem κωδικού Græci vocant, sensim tentare, mouere abalienatam oportet, quò celerius excidat hæmorrhoides. Hoc medicamentum omnem carnem, & omni parte corporis exulceratā, & excrescentem, & eminentem, sine magno morsu tollit. ccxxxviii.

¶ Siquādo non exulceratas eminētias tollere sine ferro voluerimus, vt verrucas, neuios, alia' ve eius generis, hoc medicamento vtīmur, Calcis viuæ.  $\text{X}.$  p. sex, fœrule.  $\text{X}.$  p. trium, vitri vſti.  $\text{X}.$  p. triū. Hæc terere oportet ex cinere lixiua, ex caprificio vel farmentis, donec leuia passi habeant temperamentum, deinde adiūcere rubricę, aut atramēti quod possit colorare ea: deinde patella fictili coquere ad mellis spissitudinem, atque puxide nigrī plūbireponere, Melius autem recens facit, cuius vſus est talis, quod destinatū est tollere, id ipsum specillo oblinetur crassius, ex interuallo penicillo absigeretur, & cū satis nigrum quasi perunctum vſum fuerit, desinere oportebit imponere res, & abstergere, & panem ex aqua imponere & rosa. Hoc & strumas sanat antequam suppurent. Oportet autem, cum hoc medicamentum causam fecerit in strumis, nullum aliud medicamentum adhibere, sanguinem ita fiunt. ccxxxix.

¶ Cum verò aliqua pars suppurauerit, & timidus fuerit ad sectionem cuiid acciderit, viscum quām plurimum colligere oportebit: eūmque cum cinere lixiui diutius terere, & aluta inductum imponere, ita formata, & in tantum spacium circunsecta, quantum & quale volumus vlcus, id est, emisariū vomicæ fieri, & ea parte scilicet imponemus, quantum necesse erit aperire. Hoc eodem medicamento sāpe dolores diutinos pectoris, lateris, lumborum sustuli, cum ad nullū malagma aut auxilium cedebant: exulcerata enim minima parte cuiusq; dolentis loci, humoribus postea vitium ve-

Ee iij luti

## DE COMPOSIT. MEDIC.

Iuti eis sciebatur.

Ad eadem vitia.

ccxxx,

**M**elior triphera, hoc enim nomen superius positum, medicamentum appellatur: facit ad omnia quae ferro debet tolli sine magno dolore. Idem haemorrhoidas productas medicamēto, quod suprā positum est, tollit. Vuā nimis iacentem sine periculo per auriscalpium lana inuolutū perūctā, ex parte qua tollēda est, amputat. Oportebit aut̄ postea aqua mulsea gargarizare, & lentis atq; roſe aridę aqua decoctę. Eadē res & palpebrā pilosam remediat, si quis radices aduersus naturam pilorum natas obliniet, donec locus earū niger fiat. Recipit hæc: aeris floris. ✕. p. trīum, calcis viuā. ✕. p. sex, tarsiæ radicis. ✕. p. sex, ferulæ. ✕. p. trīum, nitri. ✕. p. duūm, auripigmenti. ✕. p. duūm, fellis taurini. ✕. p. sex. Teruntur ex cinere lixiua qua culinarij vtūtur, donec habeat mellis liquidi temperamen tum. Reponitur puxide nigri plumbi. Hæc puxis in ampliorem stagneam mittitur, habente cinerem lixiuā usq; ad operculū minoris. Oportet autem & hoc medicamētu colorare rubrica vel atramēto. Huic medicamēto ianatis sanguinis quasi duæ ligulæ adiūctę fuerint, minus mordebit. ccxxxij.

**¶** Quatenus acrīum & exulcerantīum medicamentorum habita est mentio, ponemus qua stygmata tollūtur in dignis, & in multis. Hec calamitas ex transuerso accidit, vt dispēsatori Sabini Calui naufragio in ergastulo deprehēso, quem Triphon multis delusum, & ne casu quidem literas cōfusas villo medicamento habentem, liberauit, allij candidi spicæ capitīs tritæ, cū cantaridibus viginti alexandrīnis (sunt autem variæ & oblongæ) sulphuris viuī. ✕. p. j. & victoriati, chalcitis. ✕. p. as semis, cærę podo triens, olei pondo triens, cærā cum tritis cæteris admiscuit & imposuit.

Intestini extremi prolapsio.

ccxxxii.

**H**Intestinum extremū quibus prolabitur & excidit, quoties procedierit, toties vīno calido, vel verbenis, vel cinere lixiua lauari oportet & reponere. Prodest & pice liquida perungere & cedita. Interdum vel Andronio perungere, & siccare reponere. Facit & dīnis ex sarmentis cibrata aspersa, alumen fissum trītum bene, & eodē modo aspersum, atq; intestino reposito. ccxxxiii.

**¶** Ad testiculi tumorem cupressus baccę ex vīno cocta conueniunt, ex faba quasi cōcha multo cum cumino cocta. Item vua passa cum cumino cōtusa in modum malagmati, melle quantum satis est admixta. Idem vua passa, nucleata, contusa ac mixta eiusdem mensuræ vel ponderis.

Ad veretri tumorē &amp; dolorem.

ccxxxiv.

**A**D veretri tumorē lens ex aqua cocta, & trīta, rosaceo oleo mixta prodest. Si maior tumor erit, malī granati coriū ex aqua cocta & trītum, lenticulae pari pondere admiscere oportet. ccxxxv.

**¶** Si vlcus sordidum erit, aut cācer tētauīt, aut iam occupauit, Andronios,

ex

ex vino benefacit.

ccxxxvij.

**S**i cicatrix ducenda. Desideratur.

ccxxxviij.

**O**mne vlcus in omni parte corporis sordidum (id autem est cum cädicat, & quasi crusta perductam albā habet) purgat mel per se, iris arida cōtusa, vel cum melle. Eadē ratione & terre malī, & panacis radix purgat sordida vlcera. Mirificè & hoc medicamentum purgat, & iam si cancer tentat: est autem leue, auripigmenti quod Græci à pœnū dicit. ✕. p. sex, aeris squamae. ✕. p. triū, elaterij. ✕. p. i. chartæ combustæ cinis. ✕. p. iiiij. cum opus est cochlearia tria rosæ cyatho permiscentur, inde linteola carpta cōtinguntur, atque ita vlceri superponuntur. Hoc medicamentum citò, & sine ullo morfu expurgat sordidissima vlcera.

ccxxxvij.

**O**mne purū vlcus & cōcauū replet Basiliæ rosa diluta, ut superiorius dixi, propè aut hoc medicamentū. Medullæ vitulinæ. ✕. p. iiiij. adipis anserini. ✕. p. duū, butyri. ✕. p. duū, medullæ ceruinae. ✕. p. duū, cerae. ✕. p. iiiij. terebinthinæ. ✕. p. duū, mellis. ✕. p. sesquicia, rosæ. ✕. p. sesquicia, resina cum rosa liquefcit, cui miscentur calenti mel & cera, cum cera præcalfacta in fermenti aqua contunduntur, atq; ita superioribus miscentur.

ccxxxix.

**O**mne vlcus luxuriās & crescēs carne compescit chalcitis per se trita, vel artis flos vstus. Bene autem & propriè hoc medicamentū facit, quo Meges vtebatur: Calcis viuæ. ✕. p. duū, thuris. ✕. p. vnius, aeris squame. ✕. p. vnius.

## Triphonis medicamentum

ccxl.

**T**riphon chirurgus carnem eminenter hoc medicamento cōpescebat, eris floris vsti. ✕. p. vij. chalcitis vste. ✕. p. iiiij. mylis vsti. ✕. p. iiiij. aeris vsti. ✕. p. iiiij. Hoc acre est, & quasi cauteriū crustam altam facit: quamobrem cancer non patitur impositū serpere, omnē eruptionem sanguinis veluti cauteriū sistit. Et hoc autem, & que diximus immixuit. Cicatricem quoq; ducit, si quis tincto, extracto q; specillo, quod ei quasi puluis adheserit, exiguo oras vlceris tetigerit. Sed propriè cicatricē medicamenta hæc ducunt:

## Triphonis ad cacatricem.

ccxli.

**E**mplastrum efficax ad cicatricem ducendam: Spumæ argenteæ. ✕. p. quinquaginta, mylii vsti, chalcitis vste, aluminis fissi, cerussæ, singulorū. ✕. p. iiiij. resinæ terebinthinæ. ✕. p. xii. cerae. ✕. p. v. Cera & resina liquefiūt, deinde cum refixerunt, raduntur, sicca & bene trita adiiciuntur & commiscentur.

## Emplastrum diacadmias.

ccxlii.

**E**mplastrum <sup>sic καδμιας</sup> Græci dicunt, quod cicatricē ducit, cādm a pondo libra, chalcitidis vste pondo libra. Hec teruntur ex vini falerni heminis tribus, donec liquefacta mellis habeant spissitudinem, postea fit ceratum ex cerae pondo quatuor, resinæ fri-

Ee iiiij. cerae



## DE COMPOSIT. MEDIC.

**C**te pondo quatuor, olei murtei. p. quatuor. Cum refrigeratū est traditur & miscetur his quæ in mortario sunt. Sunt qui liquefacta hæc ipsa dum calent, mortario superfundunt, & ita subigunt.

Ad papulas & porriginem.

ccxliij.

**A**D papulas in capite efferuescentes, vel qualibet parte corporis totius porriginem staphisagria trita, & nitrum decoctum tritum parsimēsura, in mixto oleo & vino austero, ante desudationem corporis ac postea. Item alumen liquidū ex aceto staphide agria adiecta. Ad epiphoram verò toto corpore efferuescētē medicamentū prodest. ¶ Ad ignem sacrum benefacit hoc medicamentū, ruta viridis podo triens, spumæ argentei pondo bes, acetū sextarius unus, olei viridis sextarius. Cum acetū parte in spuma & ruta terūtūr donec leuia fiant, postea quod superest acetū, vicibus cum oleo adiūcitur.

Ad ignem sacrum.

ccxliii.

**A**D ignem sacrum coriandrum per se tritum benefacit, estenim res virosa: vel cum pane eodem modo & menta prodest, & cīnis de sile facta, aqua conspersa, oblinita. Item cimolia creta succo solani diluta. Et per se solanum, vel cum pane prodest. ¶ Facit & ad hoc medicamentum bene, sulphuris vitri, opij, singulorū pondō semuncia, spumæ argenteæ pondo vncia passo miscentur. Item hoc satī prodest, cerussæ. ✕ . p. viii. aluminis fissi. ✕ . p. triū, thuris. ✕ . p. trium, croci. ✕ . p. duū, sulphuris vitri. ✕ . p. duum. Teruntur hæc solani succo, cum opus est vino diluuntur.

ccxlvi.

**A**D zonam, quam Græci spira dicūt, faciunt quidem ut supradicta omnia, præcipue cicuta viridis bene trita & iposita. Item hoc medicamentum, cerussæ. ✕ . p. xxxviii. aluminis fissi. ✕ . p. duodecim, croci. ✕ . p. i. thuris. ✕ . p. duū, acaciae. ✕ . p. viii. dyphrygis. ✕ . p. duū, opii. ✕ . p. pondo duum. Ex aqua teritur, & cum opus est ex eadem dilutum, perungetur.

ccxlviij.

¶ Ad idem melius facit gallæ, aluminis rotudi, chalcitidis, crete sutorie, singulorum. ✕ . p. duum, mysus, corticis malorū, acaciæ, singulorum. ✕ . p. quatuor, calcis vitreæ. ✕ . p. sedecim, Malí cortex in acetisextario uno decoquitur donec madida fiat: deinde teritur acacia aceto eodem, macerata nocte & die admiscetur & vna teritur. Postea cetera adiiciuntur, & fiunt pastilli: cum opus est diluuntur aqua.

ccxlviii.

¶ Ad vtrunque autem genus vitri, mirificè medicamentum Andronicum facit.

Ad Impetigines.

ccxlix.

**A**D impetigines vua aminea, quæ sic dicitur, bene facit. Est autem ruberrima, & in vepribus nascitur, qua fricari oportet impetigenē, quoad curet & non appareat: hoc autē diebus fit paucis.

cccl.

## Ad suggillationes.

**B**enefacit huius radicis recentis succus, ad suggillationes & liuo/ res perunctus. Scabiem tollit sulphur nigrum oleo mixtum com muni, atq; in cerati spissitudinē redactum. Hoc etiam lepram, & quam Elephantiam dicunt, sanat: & omnia quæ efferuescunt per se cum inueterauerint.

Ad scabiem. cclj.

**A**Scabiē halīca ex aceto macerata, & trita, benefacit: exiguo thu/re adiecto. Item pīcis līquidē libra, cērā pondo semis, sulphuris viuī pondo sextans, aluminis fissi. ✕. p. vnius. ccliij.

¶ Benefacit oliuæ æthiopicæ commi, quod græcè ἡλίας καὶ Σιωπῆς δάκρυον vocant, acetodilutum. Item salicis librī ex aceto cocti, atque ita triti & impositi tollūt scabiem. Facit & eiusdem cīnīsex aceto ad scabiēm. Prodest & farīna ordeacea cocta ex posca, si tenerum corpus erit: vel ex aceto, si durū, per dies quatuor aut quīnque: deinde ceratū ex rosa, adiecta cerussa, impōnere oportet donec cicatrix ducatur. ccliij.

¶ Facit bene & hæc cōpositio, Thuris masculi pondo triens, sulphuris pon do vñcia, cæparum pondo sextans, rumicis erraticæ radices aceto quoque tritæ. p. 1. Omnia terūt: miscetur aceto quod satis erit, id est, dum mel lī crassi habeat spissitudinē. Cum opus est, scablei nitro ex aceto locus fri catur diutius & pressius, deinde hoc medicamentum superlinitur. ccliij.

¶ Alia cōpositio ad idem. Scammoniæ. ✕. p. trium, myrrhæ. ✕. p. vnius, ariis floris. ✕. p. vnius, astule regiæ, quā ἀφόθλωp Grēci dicūt, radicis. ✕. p. duū, glutinis taurini. ✕. p. duuum, nitri. ✕. p. vnius & victoriati. Teruntur omnia aceto præter gluten, hoc enim pridie maceratum cæteris iam tritis misceſ. Cū opus aut̄ est, antē nitro & aceto locus exasperatur, deinde hoc oblinitur. ¶ Vt consummetur liber malagmata & acopa adiſcieamus.

Genera malagmatorum ad omnem corporis valetudinēm. cclv.

**M**Alagma ad ὀπήσθοτον, id est cū ceruix reflexa est in posteriorē par em, aut rīgida cum intensione oculorū & maxillarū. Facit & ad κυνηgōp αὐτοσμόp, cum in utramlibet partem deprauata est facies. Idē ad omnē tēsionē, & cōtractionē neruorū & ligationē, ἀγκυλω quod Grēci vocant. Itē ad dolorem omnīs partīs quamuis veterem: Bdellij. ✕. p. xvij. opopanacis. ✕. p. octo, galbani. ✕. p. octo, adipis vitulini. ✕. p. sedecim, piperis grana numero clx. ammoniaci guttae. ✕. p. octo, cachryos. ✕. p. octo, iris. ✕. p. sedecim, cæræ. ✕. p. quīquagintaquinq; terebithinæ. ✕. p. quīquaginta. Arida quæ sunt contunduntur, cribrantur: succū haben tia cum resina subinde admixta contunduntur, cæra in frusta concisa aqua feruenti dīmittitur, & subacta manibus miscetur cæteris in pilam. Oportet autem pilum ligneum frequenter cypreo oleo perūgere. Hoc malagma cypreo oleo liquefactum acopi vsum præstat. cclvj.

Malagma

## DE COMPOSIT. MEDIC.

**M**alagma alterum, stomachum, aluum, intestina soluta habentibus & cholericis prodest. Confirmat omnem partem & adstringit, quae haec defiderat: Aluminis fissi. ✕ . pondo sex, rus syriaci. ✕ . pondo sex, gallæ. ✕ . pondo sex, acaciae. ✕ . pondo sex, cæræ. ✕ . p. quadraginta, pīcis spanæ. ✕ . p. quadraginta, olei melini aut rose pondo triētem. Acacia vino exiguo macerata teritur: cætera & pix oleo alterutro mixta inferuescut, quibustē peratis adiūciuntur cibrata sicca: ijs acacia miscetur, atque in unum omnia subiguntur. cclvij.

**M**alagma pectoris & lateris dolorem, & quicquid ex perfrictione est bene calfacit. Idem ad omnem dolorē prodest. Sansuci cōtusi sextarius unus, iris contusæ sextarij. xv. cyperi contusæ sextarius unus, resinæ terebinthinae pondo bes, cæræ pondo quadrans, olei cyperi pondo selibra, vīni amīnati sextarius unus. In vīno arida contusa macerantur una nocte & die: oleo, cera, & resina liquefiunt: deinde superfunduntur vīno, miscetur manibus. Hoc medicamentum efficacius est secundo. post dies triginta efficacius pdest: initio enim humidū valde est, & vix inlitū remanet. cclviii.

**M**alagma ad omnem dolorem, præcipue iocineris. Spicæ nardi. ✕ . p. v. celticæ, id est, saliunce. ✕ . p. x. iris. ✕ . p. viij. melliloti, quod à nobis ser-tula campana dicitur. ✕ . p. xxv. cyperi. ✕ . p. viij. ammoniaci thymiamatis. ✕ . p. viij. cardamomi. ✕ . p. viij. croci. ✕ . p. duū, vīni falerni sextarius unus. In hoc omnia suprà scripta contusa uno die & nocte macerantur, præter ammoniacum: hoc enim aceto diluere oportet, & quasi cerasum facere: postea cæræ pondo dua bes, & resinæ frictæ pondo quatuor, rose pondo libra, leuia sunt & refrigerata, que rose & cæteris miscetur. Hoc & ad præcordiorum tensionem benefacit, & vesicæ dolorem. cclix.

**M**alagma ad lienosos & ad iocineris dolorem. Ammoniaci guttae podo. j. cæræ pondo. j. & sextans. Ammoniacum ex aceto teritur, admixto crocomagmate quantum colorare possit, ammoniacum quod tentur usque dum leuefactum mellis crassi habeat spissitudinē: postea cera liquefacta, rosa adiūcitur mortario, & bene pastillo mixta, manibus utraq; subiunguntur. Facit hoc malagma ad luxum, & ad capitis dolorem fronti superpositum. cclx.

**M**alagma ad præcordiorum tensionem, ventris, stomachi duritiem cum dolore. Idem ad iecur & lienem prodest. Cæræ. ✕ . p. quinquaginta, ammoniaci guttae. ✕ . p. quinquaginta, iris. ✕ . p. vigintiquinq; panacis. ✕ . p. viginti, anesi. ✕ . p. vigintiquinq; nitri. ✕ . p. vigintiquinq; adipis tau-rini. ✕ . p. vigintiquinq; fœni græcis seminis. ✕ . p. vigintiquinq; resinæ terebinthine. ✕ . p. quinquaginta, acetiacris sextarius unus, mellis pondo triens. Mel aceto diluendum est, atque arida omnia his maceranda die ac nocte, cerasum, terebinthinam, adipem liquefactam in unum ceteris miscet. re

reopertet, & manibus subigere. Malagma ad lienosos. cclxj.

**M**Yrobalani. ✕. p. quinquaginta, aphonitri. ✕. p. triginta, cappa/ris radicis. ✕. p. viginti, cardamomi. ✕. p. vigintiquinque, ammoniaci guttae. ✕. p. triginta, cerae pondo selibra, irini olei podo selibra. Cera irino soluitur, quibus ammoniacum aceto dilutum miscetur, & postea arida quae sunt commiscentur. cclxiij.

¶ Malagma ad omnem dolorum veterem, & qualibet causa factum, precipue ad lumborum dolorem, qui ante leniter scarifiant. Recipit hec: bdellij podo trientem, styracis pondo trientem, hyssopi podo trientem, ammoniaci podo trientem, piperis albi. p. trientem, thuris. p. trientem, baccę lauri aride. p. dua, terebinthinæ. p. trientem, opopanax. p. trientem, adipis taurini. p. trientem, medullae ceruinæ pondo trientem, propolis pondo selibram, olei vetensis pondo libram, cerae pondo duo, thuris pollinis pondo libram. Oleum, cera, resina, propolis liquefiunt: deinde thuris pollinis pondo superius dictum adiicitur, & cetera minutatim, vel in unum contusa, opopanax oleo diluere oportet. cclxiij.

¶ Malagma quod discutit strumas, parotidas, panū, quod Græci φυγελοφ vocant. Idem omnem futuram suppurationem dissipat, factam aperit. Facit & ad dolorem articulamentorum, vel cuiuslibet partis: precipue ad lumborum dolorem, atque inflationem stomachi vel coli. Picas hispanæ, aphonitri, resinæ pytwinæ, cerae, laurus baccarū, singulorum. ✕. p. xxxv. adipis taurini. ✕. p. xv. ammoniaci guttae. ✕. p. iris illyricæ. ✕. p. xv. galbani. ✕. p. xij. piperis albi. ✕. p. xv. Quae debent liquefieri soluitur igne & oleo, cetera contusa temperatis asperguntur: ultimo loco tepente medicamento laurus baccę miscetur. cclxiij.

¶ Malagma ad omnem dolorum corporis articulorum. Facit & ad podagrā. Idem discutit vomicas, aut aperit: precipue in pectore & interaneis. Prodest & lumborum doloribus. Ceras. ✕. p. viij. ammoniaci. ✕. p. x. bdellij. ✕. p. x. iris. ✕. p. vij. galbani. ✕. p. iij. terebinthinæ. ✕. p. v. Cotunduntur ordine quo scripta sunt, pilo ligneo cyprino oleo, quod in vino subsidit, peructo: cera in aqua feruentem in minimas partes concisa dimittitur, & subacta manibus in pilam coniicitur. cclxv.

¶ Malagma itē ad cotusionē lateris. Idem facit ad suspectas vomicas aut iam factas. Præterea ad lecinoris, præcordiorum duritiam vel dolorum benefacit. Proderit & in omni loco dolenti impositum. Cyperi, ammoniaci guttae, cardamomi, bdellij, thuris, resinæ terebinthinæ, singulorum pondo thus & bdellii macerantur pridie vini hemina una: cetera contunduntur, cera .p. libra & triēs, & olei cyprini sextarius unus cum terebinthina liquefiunt, ceterisq; commiscentur. Quidam adiiciunt myrrhae partem, croci partem sextantem, cinnamomi partem sextantem. ccxlviij.

Malagma

## DE COMPOSIT. MEDIC.

**M**alagma ad luxum, contusum, canis morsum, parotidas, strumas, podagrā. Cæræ pondo dua, resinæ frictæ pondo dua, pīcis hispanæ pondo tria, ammoniaci pondo librā, thuris pollinis pondo semis, galbani pondo semis, acetū sextarios duos. Ammoniacum tritum cum acetō soluitur igne: deinde resina, cæra pondo nouē adiūcitur, & coquitur usque dum spissetur: postea thus admiscetur. Vbi emplastrī habuerit temperamentum, medicamentū tepenti galbano adiūcitur. cclxvij.

**M**alagma ad podagram, & omnem dolorem, & tensionem neruorum, recipit hæc: ammoniaci guttae pondo. j. cæræ. pondo. j. axungiae veteris seli, bram, olei veteris pondo trientem, olei cedrini pondo vnciam, rosæ pondo sextantem, cyprini pondo sextantem, croci pondo sextātem, asij lapidis podo vnciam, myrrhae pondo vnciam, aphonitri pondo semunciam. Patella noua liquefit axungia, cæra cum oleo vetere: quibus adiūcitur ammoniacum tritum, & mouetur usque dum soluatur: postea oleum cyprinum, rosa, & cedria in unum miscetur, & tunc subducitur flamma, ne feruescat medicamentum: secundum quæ adiūcitur crocum tritum ex aceto: deinde myrrha trita per se aspergitur: ultimum nitrū, & asius lapis fœnicio inducitur.

Acopi genera & compositiones. cclxviii.

**A**COPUM ad perfrictionem, lassitudinem, tensionem neruorum. Idem hyeme non patitur perfrigescere artus: hoc Augusta utebatur. Samosci floris sextariū vnū, fœnigræci sextariū vnum, rosmarinii foliorum sextariū vnum, vini falerni cōgium, olei veriā fri sextarios quinque. Præter oleum omnia in unum triduo macerare oportebit, quarto die oleum adiūcere, & coquere in pruna non acri medicamentum, donec vinum consumatur: postea recolare per linteum duplex oleum, cui adhuc tali cæræ ponticæ bessem miscere. Reponitur medicamentum fictili vel stagneo vase. cclxix.

**A**COPUM quod per vindemiam componitur, antequam mustum defervescit, musti recentis congij quinq; in hoc & olei veriā fri pondo quinquaginta macerantur, res quæ infrā scriptæ sunt cōtusæ, & percribratæ grandioribus foraminibus cribri. Iris illyrica. ✕. pondo quadraginta, cyperi. ✕. podo quadraginta, fœnigræci. ✕. pondo quadraginta, peris nigri pondo quadraginta, xylobalsami. ✕. pondo quadraginta, calamus odorati quo vnguentarij vtuntur. ✕. p. lxxx. spathæ qua vnguentarij vtuntur. ✕. p. lxxx. schoenii. ✕. p. lxxx. saliuncæ. ✕. p. lxxx. casiae nigre. ✕. p. xxiiij. cardamomi. ✕. p. xxvij. styracis. ✕. p. xxvij. costi. ✕. podo xxvij. myrræ amineæ. ✕. p. xxij. casiae daphnididis. ✕. p. xxiiii. fertuleci panæ. ✕. p. xiiii. aspalathi. ✕. p. xl. Hæc cū musto & oleo macerantur vale stagneo aut fictili per dies triginta. Oportet autem vas bene clausum & allatum diebus his soluere, inuisere omnia: deinde rursus operire & signare.

ne vires euaneſcāt: post dīes trīgīnta cōiſciūtur macerata: deīde oleū purū excipietur, quod reponitūr fīctilī vaso: cuius oleamīnīs vires ad omnē cōtractionem neruorum tantē sunt, vt sit vix credibile. cclxx.

¶ Acopum ad perfrīctionēm, lassitudinēm, neruorum dolorem, grauiorīs odoris (superiores enī boni sunt odoris) Ammoniacī guttae. ✕ .p. xv. gal/ banī. ✕ .p. iiii. resinæ terebinthinæ. ✕ .p. quīnqua gīnta sex, cāræ. ✕ .p. xxviiij. mellis. ✕ .p. triēs, olei veteris sextarius vnuſ, hysſopī pondo vncia, medullę ceruinæ pōdo vncia, opopanacis. ✕ .p. vi. Sunt qui hunc nō adiūciunt. Cērā, oleum, terebinthinam liquefacere oportet, deinde cētera adiūcere, nouissimum ammoniacum trītum curioſe. Hoc qui perunctus erit, etiam à serpente tutus erit. cclxxj.

¶ Acopum, quo ferē Augusta & Antonia vſae sunt, facit ad perfrīctionēs & neruorum dolorem. Idem perunctum nō patitur perfrigescere artus, & refrigeratos calfacit. Componitūr hyeme hoc modo: Sumere oportet adīpis porcīnę ſterilis trepondō, vel anferis adīpis idem pondus: deinde aqua frīgida bene lauare, atque in nouo vase adiūcere vīni veteris congīum vnuſ, aut ſextarios tres, non nimis contuſa ponderis huius. Xylocinnami pondo quadrantem, cardamomi pondo quadrantem, cyperi pondo quadrantem, ſchēni pondo quadrantem, roſae aridæ foliorum pondo vnciam, ſertulæ campanæ coronas decem. Hęc omnia inferueſcunt ſuper carbones, deinde perfrigerata eodem cacabo reponūtūr: posterō q; & tertio die cum inferueſtūt, recondūtūr, que eodem modo die rūſlus recalſiunt, & colātūr per linēū, vel ex iunco factū deindustria colum: vīnum atque adeps que ſupereſt in nouo vaso coniūcītur: deinde cum gelauerit ſe adeps, oportebit fundum cacabī perforare, & vīnum omne emittere, atque in priorem cacabū adīpem eadem coniūcere, & vīni eiusdem recentis eandem mensuram adiūcere, tisque non nimis contuſas nec cribratas. Nardī syriaci ſpīce pondo ſextantem, ſaliūncae pondo ſextantem, amomī pondo quadrantem, casiae pondo quadrantem, myrrhæ pondo trientem, cumamī pondo trientem, roſe aridae foliorum pondo ſextātem. Deinde ſemel manē, & in nocte ſemel inferueſcere oportet: idem in posterō die cum inferuefacta fuerint, percolanda erūt, in cacabū priorem perfusum: ſed antē diligenter & ſpīſſe obturatū, atq; vbi ſe congelauerit adeps, extrahendum erit ſpīſſamentum, quod cum vīnum omne fluxerit, quod ſupereſt adiūce. Vase ſtagneo vno, vel pluribus, diligenter operto & adplumbato reponitūr.

## T O S A T R I B U T A R E

## P E R O R A T I O O P E R I S.

**H**Arum compositionum (si qua fides est) ipse composui plurimas,  
 & ad ea quæ scripta sunt facienti scio paucas : sed valde paucas ab  
 amicis, quibus æquè ac mihi credo, acceptas adieci : quas cum iu-  
 reiurando adfirmauerunt sese ipsos expertos esse, ut benefacientes scire ad  
 vitia quæ scripta sunt. Illud autem te meminisse oportet, mi Calliste,  
 quod initio dixi, eadem medicamenta in ipsisdem vitijs interim  
 melius, deterius ve respondere: propter corporum va-  
 rietatem, differentiamque ætatum, temporum,  
 aut locorum. Exdem enim res non dissimi-  
 liter dispositis corporibus non pos-  
 sunt eosdem effectus exhibere.

Sed adfirmo ex magna

parte prosperos

euentus (si

quādo

opus

fuerit)

has cōposi-

tiones ha-

bitu-

ras.

**FINIS.**

## VINDICIANVS COMES ARCHIA-

trorum Valentiniiano Imperatori S.



Vm s̄epe, sacratissime Imperator, humani generis frā/  
gilitas falso de natura sua queratur, aliquando tamen  
potuimus redditis causis ostēsisq; remedij, vanas & in=  
numerās querimoniās refrenare. Nā sicut rudis guber/  
nator turbatum mare sulcans, incertus periculorum, du/  
bius salutis, cuncta rimatur, ita & mortaliū natura, quę  
perpetua sanitate optat frui, placita quæque desiderat. Sed quia nec mare  
semper potest esse tranquillum, nec vnuſ in diem ventis sp̄iritus durat, nec  
securus nauta ratem potest scandere, cum æquor mole fluctuum tollitur:  
sic neq; mortales possunt semper esse validi, aut viventes: sed pro ætatis &  
temporis varietate, diuersis morborū agūtur incōmodis. Quæ quū ita sint,  
clemētissime Imperator, magna laus, veterum instituta scrutari: maior ve/  
rō gloria, inuenta seruare. Siquidem illi viam laboris suis virtutibus aperi=erunt,  
nobisque iter intellegentiæ sua sapientia reliquerunt: vnde cum qui=dam febribus teneretur, & diu vētris duritia strangulatus, die duodecimo  
iam morti proximus videretur, adhibitis ad curam multis & magnis me/  
dicis, vt remedium consequeretur, hoc illis summum periclitanti præsidium  
vīsum est, vt per intestinum clysterio ei curatio pararetur. Cum ille immi=nentī periculo æstuaret, & veluti morti proximus, curationis etiam extre/mā depositeret, ego pudoris & reuerentiæ modum seruans, quem cunctis  
semper exhibui, prospexi ad tempus ne veluti turpis cura fortī viro adpli=caretur. Cum ergo vidiſsem febrem eius, quā de colore collegi, & siccitate  
viscerum fatigari eum penitus aduertiſsem, illico infuso sale aquā frigidissi=ma obtulī eius ardori, qui cum desiderio recētis qua cruciabatur, totum  
quod ei oblatū fuerat ebibisset, autores medicinæ magni qui id spectabāt,  
exclamarūt occidisti hominem: necdū vox eō ab ore manauerat, è vesti/  
gio ē ū somnus occupauit sudor que perfudit. Quibus ego pr̄sentibus, cle=mentissime Imperator, tātis sudoris eius abstersionibus laborauī, vt (si dīci fas sit) Nilus ex eius corpore videretur effluere. Verū cum eger experge=factus recreatum se extintis febribus, & ab infirmitate leuiorem esse sen=sisset, vētris etiā cœpit desiderio vehementer vrgeri: adlato itaque vasculo,  
omne alui onus quo grauabatur exposuit, ad tam dirū fœtorem, vt omnes  
qui illic aderant fugarentur: dicentibus egregijs medicis quod omnīa eius  
interna putruiſſent. Post hāc à me æger ad balnea mittiſ, vt lauachro eius  
siccitas humigetur: qui per unctus vnguentis remedialibus, cū post balneū  
vestimenta accepisset, sitire se dixit, statim eum absynthio in quo lybisticū  
fuerat decoctum, progressum à balneo potauī, ne quid causationis in cor/  
pusculo eius maneret, quo vesica scybalis vel lapidib⁹ per vicina loca meā=

Eff ij tibus

tibus premeretur. Præcepí etiam & escam fieri de minutis porcini, id est, podicylijs & ventriculo, in quem ventriculum acetum cyminatū, modico adiecto lasere, mitti mandauī: vt omnino excocta caro etiam ossorum duritiam emolliret, vt soluta eoꝝ medulla cum iure ipso absorberetur. Nō dubiū est autem, optime Imperator, quod ex indigestione externarum, crudissimarūmque crapularum, vel superfusa diuersi nimietate vīni repletis, & pene tumentibus venis, potus in visceribus amarescunt, aufertur somnus, subsequitur calor, atque occultarum febrium pestis, & quædam phrenesis pulsū cerebrum inquietat, venter durescit qui iam dudum crudus repletus fuerat, exuberantibus cibis, qui dum excoquuntur consumptis quæ humida sunt, inflammationes importunissimas faciunt, quæ adiecta calida aqua amplius necesse est excitentur. Inde ergo vēter durescit, inflatur pulmo, splen distenditur, pennæ etiam lecoris porriguntur, quibus coagulatum & coartatum fel exprimitur, quo īfuso tingitur corpus & fistula theū. Cum ergo peruenierit ad ea loca venarū, in quæ pocula hausta descendūt, duo mala iūcta, id est, res acris ac dulcis citò auferunt animam. Sicut petrae humidarum sudor igni subiectus citò absorbetur ab igne: petra aut ipsa exucta & cōcremata, spongia efficitur, vnde calx vel gypsum efficitur: ita calore febrium excoquuntur vitium cruditatis, ciborum que congestio, quibus consumptis & exhaustis, frigida sine dubio superfundenda est, ne penitus arescant. Nam nimirum aestimas, o bone Imperator, calidā & frigidam mortalibus inclusam esse corporib; cum singulæ res propriam habent naturam, ignis ignem, aquam aqua desiderat: sed ad horum iungendam societatem siue temperantiam procurandā, syluae materies lignūq; depositur, quod & nutrit ac suscitat, & rapit ignem, & frigidam vertit in calidam: sed non ita in nobis est coequandū. Accipe igitur, serenissime Imperator, quod conueniēs in nobis putetur exemplū: thermarū scilicet, abs calidarum mixtio temperata, vbi nec ignis videtur, nec lignū suggestur, nisi vapor solus sponte conficitur, & aer calidus sine labore sentitur. Nonne duo vnum sunt, & diuersa atq; contraria inuicem prosunt, diuina prouidentia salubri permixtione ac temperie procurata? Num multam corporibus abluendis sanitatem præstant, competentēmq; medicinam præbentes, variis languores à corporibus mortalium pellūt? Hæc cū ita sint, nihil aliud reor mortalibus præbendum, nisi id quod cū infirmi essent desiderauerūt, & oblatū sibi p̄fuisse senserūt. His ergo vt amur quibus sumus bene expti, & quoꝝ beneficio consequuti sumus optabilem sanitatem. Nam similiter quidam cum oculorum rheumate carere non posset, productus est in medium contientum multorum spectatuum medicorum, qui cum inspectus ab his fuisset, dixerunt ei palpebras incidi debere, comburi etiam hemicraniū, & raso capite venas secari, quod Græci ἀστρειομόρ dicunt: imponi etiam escas.

escas, & cum iam omnibus locis debilitatū & cauteritatum caput haberet, nihilque ei tormenta, quæ desiderio sanitatis patienter tulerat, profuissent, deflebat omnibus infelicitatem suam. In ultimum hac ab egregijs medicis inuenta curatione, vt cum dexter oculus lachrymam funderet, vena ei dextri brachij laxaretur: quū sinister, similiter in sinistro brachio fieret: quod cū pati ccepisset in firmus, flens & gemēs illud Catonis saepe dicebat: Corporis exigua medico commite fideli. Ego autem & perito restiti. Igitur his nec venam permisi laxari, magnoq; silētio facto, autores nostros in mediū protulī ac recitaui, dixiq; ad eos: si ex multifario tormentorum genere, miserandus iste vel vnam medelam fuisset adeptus, meritō vos pateretur: sed cum neq; inunctione, neq; incisione, neq; combustionē inundationē lachrymarum reprimere potueritis, cur indocte venas ei laxari praecepistis: cum hic iam semianīmis, visionem ferri perhorrescat. Vnde reddite mihi, sapientissimi viri, hodiernæ causas curationis, cur fuerit desuper oculus incisus, cur rasum caput, cut meacula exusta venarum. Meatus irrigatio si venit ad ea loca, in quibus habebat receptaculum collectionis suę: quo impetu exinde descendebat deorsum, recurrens rursus ad fontem cerebri, ibique coangustatus cum feruere cooperit, verendum ne perforans cutem ac pertundens cratem capitis, generet in eo vicia aduersa, aut ne iterum per aliquā venarum erumpat ad aures, faciat que hominem surdum totum oppilans auditū, aut vermes in auribus generet, vel naribus polypos nutriat, aut oculis egyptiā excitet, aut dentibus sit molestus, & faciat hominē oris foetidū, atq; corrupti: vel (quod maximè cauendum est) ne per vna distillantis aut exulceratae viciū, ipsa musicē hominis corrupta, laguescat, pulmonique & stomacho plagam inferat, lūbosq; renēsq; dissoluat: & incipiat humor noxiū per inguina & coxas & crura decurrentes, facere contractiones talorū atq; neruorum, paulatimque auferat gressus, totoq; organo tabescente, vi deamini potius consumpsisse hominem, quam curasse: cum vix violenta morte videatur de hac luce migrare. Nam si cæparum acritudo aliquoties nobis non manducantibus, nostris tamen oculis molesta est, aut sinapi vbi & mel mittitur, leniri penitus non potest, sed calore eius commodum cerebrum ita desudat vt oculos & nares acer humor infestet: quid putamus illi patiuntur, quibus circa oculos cura rursus aut igni adhibetur aut ferro? Quare, Imperator, fidem nostris autoribus adhibentes, nō credamus qui sibi scundunt medicinis: nec vulneri vulnus superponendū putemus: sed ægris remedium porrigendum esse credamus, vt neq; grauibus tormentis, neq; intolerabili medicinæ curatione cruciētur. Plura ergo de obseruatione medicinæ pietati tuae, ac posteris tuis, digna memoria tradidi, quæ homines docti de expertis remedij prodiderunt: quæ tua diuina serenitas oso suscipiat, & ad memoriam cæteris relinquat. Vale.

Ff iij

## EIVSDEM VINDICIANI CARMEN.

**V**od natum Phœbus docuit, quod Chiron Achillem,  
 Quod didicere olim Podalyrius atque Machaon  
 A genitore suo: qui quondam versus in anguem,  
 Templa palatinæ subiit sublimia Romæ:  
 Quod Cous docuit senior, quod' que Abderra suscit,  
 Quod Logos aut Methodos, simplèxque Empírica pangit,  
 Hoc liber iste tenet, diuerso è dogmate sumptum:  
 Nanque salutiferas disponit pagina curas:  
 Isthic repperies per nomina, pérque medelas,  
 Descriptas species, & pondera mensurarum  
 Congrua: quæ sæpe accipies, moderamine certo.  
 Ne fallare vide, neu quæ sunt parta salutis,  
 Vertat in exitium non solers cura medentis:  
 Sume igitur medicos, pro tempore, pro' que labore,  
 Aetate, atque habitu, summa ratione paratus,  
 Gramine seu malis ægro præstare medelam,  
 Carmine seu potius: nanque est res certa salutis  
 Carmen, ab occultis ædens miracula verbis.  
 Quæ curis hominum, physicorum inuenta paratint,  
 Quot' que suis natura bonis, terræ' que marique,  
 Aedidit illa suis, altrix, simul atque creatrix  
 Fœtibus omnigenis, quos parturit: ergo salubres,  
 Suggerit impensas, ponto & tellure creatas:  
 Angue, fera, pecude, & fruge, alite, murice, pisce,  
 Lacte, mero, pomis, lymphis, sale, melle, & oliuo,  
 Succis, vnguinibus, thædis, pice, sulphure, cera,  
 Polline, farre, scobis, lino, scobe, vellere, cornu,  
 Baccis, & balanis, lignis, carbone, fauilla,  
 Floribus, & varijs herbis, holere, atq; metallis,  
 Sandice, cū creta, psymmytho, pumice, gypso,  
 Cadmia, chalcide, chalcanto, calce, camino,  
 Cassitero molli, lepido, cypro, atq; atramento,  
 Prome etiam seu tunde prius, seu contere gyro,  
 Quod viride Ortus habet, vel quod Carnaria siccum:  
 Allia serpyllumque herbas, tymbram' q; salubrem,  
 Brassica' que & raphanos, ac longis intyba fibris:  
 Et mentam, & sinapi, coriandrum, prototomumq;  
 Erucam, atq; apium, maluam, betam' q; salubrem  
 Rutas, & nasturtia, amara absynthia misce,

Pulegiumq;

Pulegiumq; potens, necnon & vile cyminum,  
Palmula, nec desint Dymes, nec poma Damasci,  
Quæ cum multiplici contrueris orbe terendo,  
In patinis excocta dabis, aut grandibus ollis.  
Verum adoperta coques, ne fumida iura saporem  
Correptum reddant, quæ mox fastidiat æger.  
Adde & aromaticas species, quas mittit Eous,  
Vel que iudaicis flagrant bene condita capsis:  
Thus, costum, folium, myrrham, styracen, crocomagma,  
Asphaltum albūmque helleborum, nigrūmque bytumen,  
Etnardum & casias, & amoma, & cinnama rara,  
Balsama, peucedanum, spicam, crocum, atque bedellam,  
Irim, castoreum, scillam, opium, panaceam,  
Resinam, lepidum, euphorbum, git, atque pyretrum,  
Zingiber & calidum, mordax piper, & laser algens,  
Agaricum, asarūmque potens, aloen, aconitum,  
Galbana, sandaracam, sampsucum, sporon, alumem,  
Acaciām, propolen, adarchen, cicnon, acanthum,  
Andrachnen, acorum, opopanax, pompholygimque,  
Cypirum, ladanum, sagapenon, & tragacanthum,  
Scammoniam, caepam, malabathron, ammoniacum:  
Denique reperies isthic, quod lucis in ortu,  
Indus, Arabs, Syrus, Persis, diuésq; Sabæus  
Vicino sub Sole legunt, quod præbet Orontis.  
Eximum ignotomittit quod Nilus ab ortu  
Decerptum folijs, ramo, cute, cortice, virga:  
Quod' que ab Edymis vectum Seplasia vēdunt,  
Et quicquid confert medicis Lalagea cataplus.  
Hec quicunque leges poteris discernere tecum,  
Agnoscenda magis, siue exercenda rearis,  
At nostrum studium quisquis dignabere, quæso  
Præstes iudicium purum, mentemque benignam:  
Sic tua perpetuo vegetentur membra vigore,  
Et per agas placidam per multa decennia vitam:  
Sic non incuses validam, placidam' que senectam,  
Nec tibi sit medicis opus vñquam, nec tibi casus,  
Aut morbus, pariant vllum quandoque dolorem.  
Sed procul à curis, & fano corpore viuas,  
Quotque hic sunt versus, tot agant tua tempora Ianos.

FINIS.

ff iiiij

## HIPPOCRATIS EPISTOLA

ad Mæcenatem ē greco

translata.



Vem roganti tibi libellum promisi, omni cura adhibita  
descriptum misi, ordinatissimum tuæ salutis custodē,  
quem debebis tam diligenter intueri quām scriptus est:  
ad curationem corporis tui omnia explorata sunt, quæ  
cum rerum effectu comperi celeriterque complexus  
sum. Intueri ergo omnem medicinæ rationem de-  
bebis: namq; ego diligēti cura, licet summa breuitate, comprehendendi singula  
curationum genera, sicut proximè in eo libello, quem Cæsari nostro coram  
te tradidi. Quas curationes per temet ipsum æstimare poteris: sapientibus  
enim ratio venire in consilium adsueuit. Omne itaque corpus hominum,  
pecudum, alitumq; ex quatuor generibus constat, sed præcipue hominum;  
calido, frigido, sicco & humido. Frigido enim continentur viscera vnde spi-  
ramus: calore cōtinetur anima qua viuimus, id est, qua vita sentimus. Sicca  
sunt ossa quæ yires faciunt ad sustinendū labore: humidus est sanguis quo  
alitur vita: per ossa & viscera vene currunt, que sanguinem regunt: sanguis  
animam: anima vitam sustinet: spiritus autem aeris est: ossa neruis munita  
virtutem corpori præstant. Sanguis cum abundat, valetudinem vitiat: ex  
eo nascitur sanies, quem in vulneribus sectis vidimus. Nascitur & pītūta  
quæ nauseam facit: nascitur etiam bilis acuta & amara, quæ dicitur mater  
morborum: bilis enim cū est, cōcitat calores: de pītūta perfrictio nascitur,  
quæ facit dolorem intestinorum: tortus etiam inflationem, quæq; corpus  
extenuat: sanguis autem animi cibo nūmiaq; potionē incipit abūdare, & cru-  
ditate corrumpere, qui cum evacuat extra cursum naturæ, infert aliqua  
corpori vicia, & in quamcunque partem corruptus incubuit fatigat & læ-  
dit. Nam sanguis anima quoq; vitiat, & inde os hominis incipit fœtere. Cū  
est ergo integer sanguis animam sine dubio confirmat, vt possit frigus ca-  
lorémq; fortius sustinere. At cum abūdat, cū' q; calorem animi corrumpit,  
fit sanies: cum & bilem atram concitauerit, & calorem interdum ac frigus  
faciet, corpori que vniuerso languorem, animæ que malum odorem vel an  
helitum faciet. Quòd facilius igitur commodis valetudinis fruamur, & in-  
commoda vitemus, prognostica, id est, præcurrētia vicia signis naturalibus  
cognoscamus, cognita que emendemus, ne mortifera fiāt. Quatuor igitur  
disponuntur corporis partes, cuius origo in capite est, & thorace: deinde ven-  
ter sequitur & vesica. Ita ergo locorum istoꝝ sinceras notas cognoscimus:  
hominis sanī vrina manè alba erit, ante prandium rufa, pransi rufus can-  
dida. Item ante coenam rufa: nec ego tamen necessitatē prandendi im-  
posui, sed magis vrinam, & tempora naturalia ostendi. Cādida enim vrina  
debet esse, ybi cruditas non est manè quieto corpore: deinde motus ipse &  
deambulatio

deambulatio vrinā turbat, excitatq; vesicā, ideoq; coloratior fit. Quod si manē mutauerit vrina colorem, ostendit subesse vitium infirmitatis, quod tamē proprijs iudicijs intellegimus. Cum enim à capite morbus oritur, solet capitīs dolor temperare, tunc & supercilia grauantur, tempora saliunt, aures sonant, oculi lachrymant, nares replete odorem non sentiunt. Cum ex his ergo aliquid accidit, caput purgari oportet hac ratione: hyssopi aut cumillæ bubulæ fasciculum cum aqua deferuefacies, inde aquam ore continebis, sed caput calidè tractabis vt fluat pituita: quod si quis neglegit, capiet epiphoras oculorum, aut dentium, vel aurium dolorem. Interdum etiam strumæ parotidēsque nascuntur, & alia vītia quæ circa fauces, ceruicēsque ori- nis solent. Item distillatio aut grauedo narūm erit, & interdum vlcera in capite nascuntur, aut etiam capilli defluunt. Cum autem à thorace morbus nascitur, incipit caput sudare, linguaq; fit crassior, aut os amarum, aut tun/ sille dolent, oscitatio erit frequēs sine somno & quiete, torpor membrorū, animi dolor, prurigo corporis, brachia manusq; assidue intremiscent, subita que tussis arida & inquieta nascitur. Ex his ergo cū aliquid acciderit, vitabīs vītium graue si vomueris, siue ieūnus, siue post cœnam, vel in balneo: plus autem prodest, si ieūnus bilem eieceris, eam enim dicimus matrē morborum. Sed qui vomere nolunt, vel non possunt, quia stomacho laborant, decimoquoque dīe ieūnando, omni cibo se abstineant: quo facto, vītū grā de vitabunt. Nam frequenter vomendo, solet stomachus corrumpi: quod si à vētre morbus orietur, hēcerūt signa: venter vertitur, atque turbabitur, & sentiet crebros dolores, cibus & potio amara videbūtur, genua succidēt, lumbi grauabuntur, interscalpium contrahetur, totūq; corpus particulati grauabitur, tardabuntur pedes, pigrā fient crura, renes indolegent, & post hēc febriculē incident. His itaque cognitis, prima est abstinentiē utilitas: tum etiam medicamentis aluum purgari oportebit, vt graue corpus leua/ mentis adiuuetur. Quod si morbus maior premere videbitur, adiūcias alterū diem abstinentiæ, si tamen vīres patientur: sin minus, q; leuissimes u/ mes cibum, vt ouum forbile tantum, aut aliquid ouo simile accipias. Hoc qui neglegūt fiunt cœliaci, torminosi, dysenterici: etiam ex eo nascuntur tertianæ & quartanæ, fiunt podagrīci, chiragrici: morbus etiam articularis hinc accidere solet: quidam etiam fiunt amentes: quibusdam etiam sanguis erumpere è naribus solet. Oportet ergo occurri tam grauibus malis curati/ one prædicta. A vesica qui nascuntur morbi hēc dabunt signa: pleni videbuntur & citō saturari, quos grauabit: sequētur inflationes ventris, & crepitus cerebri, videbuntur oscitare, nec oscitabunt, sed tantum os diducent: sequitur totius corporis stupor, somnusq; grauis quasi marcōr, fiet vrina li- uida & vīx erumpens: tumescit etiam veretra, inde & calculosi fient. Hēc vītia sic emendātur: foeniculum & apium vīno austero madefacito. vel etiā earum

earum herbarū radices cōtere, & ex vīni cyathīs duobus, & tatuēti aquē calidē accipe adsiduē, vel dauci semen & murtum ex aqua calida sume, vel cicer album, non arietinū, madefactū vino vt suprā scripsi, ebibe: vel radīcem asparagi, vel eruum erraticū, vel serpulum decoque, eiusq; aquā vīno mixtam bibe. Quae qui negligunt fiunt hydropici, sequitur hæc iocineris & renium, & vesicæ dolor: fient quoque calculosi, stranguriam sustinebūt & vētrīs tumorem. Intueri autem oportet ægrī vires, quo modo possit sustinere medicinam, vt ita febri & cruditatī eius adhibeatur. Fiunt ergo cataplasmata, adhibentūq; quæ apta sint capiti, ventrī, vesicæ, cruditatī, frigori, calorī: prout tempus exegerit. Vtī autem ad hæc oportet aqua, rosa, aceto, vīno, oleo, irino: linguam quoque ægrī asperam melle perfricari, vel mente folio. Reliqua diligentī medico permittenda sunt: quia iuxta morbum debet adhibere medicinam. Quoniam ostendī corporis sanī & imbecillī notas per yrīnam denunciari, & adieci curationum consilia, nunc & cōpositiones medicamentorum adijscam: vnum, ne nascantur corporī vitia: alterum, vt emēdatio sanitatem reducat. Aduersus autem omneis impetus morborum, duo sunt remedia certissima. Prīmū est, decimoquoque die vt te abstineas à cibo & potione: deinde postero die laueris, cibos que firmo vtris. Quare & obseruatione efficies, ne quid omnino vitij corpori tuo accidat, & perpetua sanitatis tutus. Est & potio salubris, quæ omne corporis vitium eliminat, & valetudinē cōfirmat. Eius potionis iam tecum ad hæc compositio est, per annos enim complures, amicissime Mœcenas, cum Cę fare nostro pariter nos morari meministi: quo tempore hæc obseruando, nunquam in vllum corporis langorem incidisti: quo tempore nec nostrum Augustum quicquam molestioris incommodi passum esse nosti. Ita enim me tecum habebis, si libellum meum legendō sepius tractarīs, qui plenius tibi me absente prestare consilium in omnibus poterit. Terentī Euelpistī in vltimo libello legis dymaies herbarum, quas vt crescentibus numeris Lunæ obserues, dum tollis & componis, curato: si ita non feceris, & ad diminutionem Lunę sustuleris, minus valebunt. Ipsum etiam mare per Lunam augeri & minui scitis: cerebra etiam hominum augētur crescēte Luna. Cū autem minuitur Luna, vnaqueq; res diminutionem sentit: quod licet recognoscas ex his quibus quotidie vteris, tamē & per me admonitus scies, omnibus & minui augmentum & augeri per Lunam. Quod si ita est, in herbis quoque legendis, componendisque medicamentis, vīm eius, & potestatem nos obseruare debere ne dubites. Vale.

Excudebat P A R I S I I S Simon Silvius Anno  
Domini. M. D. XXVIII. mense Octobri.

